interduz dure pro eius amore. Cogita insuper o homo qualiter ipse laborauit in discurrendo: ita etiam q sanguis fuit in itinere. Etiam q tu laborabis eundo ad ecclesias ad missas q sermones. Cogita qualr laborauit in orando in vigilando et sepe in orone pernoctando. Surge ergo mane q ora vt eius impetres misericordiam et gratiam et dicere possis cum Dauid. Media nocte surgebam ad cōsistendum tibi. Multum laborauit. quia iniquitatem multorum ymo mundi portauit in hoc q p peccatis mōi penas sustinuit Bern. Mem orabor semper illarum infantulum necessitatu: laborum quos pertulit in predicando: fatigationū in discurrendo. vigiliāz in orando. temptationum in ieiunando. colaphisationum. exprobrationum clamorum &c. Ecce qualiter xps pro te laborauit: labora et tu propter eum. Insuper pro te sustinuit passiones. Si vis esse particeps requie oportet q sustineas penas pro eo sicut ipse sustinuit. vnde Apostolus. Si socii passionum estis: eritis et consolationum. Secundo comparatur seruo propter paupertatem quaz sustinuit Ps. Pauper ego sum. Quis potest exponere paupertatem xpi. nam qui est ditissimus inter homines factus est pauper ppter hoies vt diuites faciat &c. Cho. 8. Scitis gratiam dñi nostri ihesu xpi quomā propter nos egenus factus est cum esset diues vt illius inopia diuites essemus. Vis scire q pauper fuit considera qualiter natus fuit in stabulo reclinatus in presepio: inuolutus vilibus pannis &c. Considera vltimus q paup fuit in processu. pauperior fuit q seruus. nullus seruus adeo pauper est qui seruit pro determinato pretio alicui domino quin habeat in domo dñi hospiciū: quin etiam posset habere denariū. Xps vero adeo pauper fuit q in domibz illoz quibz seruiuit hospiciū habere non potuit. legit enim Math. 2. 7. 21. cum in die palmarum venisset in iherusalem intrauit in templuz vbi cum multos infirmos curaret q tota die predicaret. Cum iam esset sero. v. spere circumspedens omnibus glo. Si qis eum hospicio receperet &c. Exiit ergo in bethania cum. 12. aplis. Sic considera christi paupertatez qui in tanta ciuitate hospiciū habere non potuit. sed exiit in bethaniaz propter hospiciū ad hospitam suam martham que ipsum frequenter receperat in domū suam cum discipulis suis. Item adeo pauper fuit q vnū denariū habere non potuit. legitur em Math. 17. q cum exigerent tributum a xpo nec haberet vnde solueret: misit petrum ad mare qui accepit piscem in cuius ore inuenit staterem quem fecit dari pro se q petro. Ecce q pauper fuit q non potuit habere vnum



denariū nisi per miraculū. Vis vltimū scire q̄ pauper fuit. vide  
q̄ nudus pependit in cruce ⁊ non potuit habere aliquid ad qd  
caput suum conculsum et debilitatum inclinaret Lu. 9. Vulpes  
foucas habēt ⁊ volucres celi nidos ⁊c. Vide q̄ adeo pauper fuit  
q̄ qui oēs aquas creauerat. in extrema necessitate vnum haustu  
aque habere non poterat. Iudei dederunt ei vinum bibere selle  
mixtum: quod cum gustasset noluit bibere Math. 27. Tertio  
comparatur seruo propter humilia seruicia que fecit, Ipse enim  
humiliter ministravit apostolis sicut seruus Math. 2. Quicūq̄  
voluerit inter vos preesse e. v. seruus. Et sicut filius hominis nō  
venit ministrari sed ministrare Lu. 22. In medio vestruz sum sic  
qui ministrat. Vis scire q̄ humilia seruicia fecit Joh. 13. Surgit  
a cena ihesus ⁊ ponit vestimenta sua accipiens lint hum p̄ cinxit  
se. deinde accepit aquam in peluim ⁊ cepit lauare pedes discipu  
lorum suorum et tergere lint hoc quo erat precindus. Pondera  
verba ⁊ inuenies q̄ hic ministrat. surgit inquit a cena. discipul  
residentibus xps surrexit vt ceciderit se esse seruum: q̄a moris  
est vt dñis ad mensā sedentibz serui prius surgant. cepit lauare  
pedes discipulorum suorum. Venit ergo ad symonem petrum.  
⁊ dixit petrus ei. Nō lauabis mihi pedes in eternū. Ecce p̄ tras  
obstupuit videns illum genua sic dēre coram se dorsum curuare  
manus ad lotionē pedum extendere: in cuius noīe omne genu  
flectitur celestium terrestrium ⁊ infernorum. V homo in hoc obse  
quio considera maximam humilitatem q̄ voluit lauare pedes di  
scipulorum suorum. non solum electorum sed etiam iude sui tra  
ditoris. ⁊ in hac humilitate dat nobis exēplum nos humiliandi  
Joh. 13. Exemplum enim dedi vobis vt quemadmodum ego  
fecit: ita ⁊ vos faciat. Quantum ad secundam partem istius  
sermonis dicit ipse Xps X̄c vbi venit plenitudo tēporis. Hoc  
autē tempus plenitudinis ipsius fuit tempus incarnationis ⁊  
natiuitatis xpi propter plura. Primo quia tunc p̄fixitū tps  
a deo quo xps fons plenitudinis gr̄ie nasci deberet. Secundo  
propter plenitudinē pacis Ps. Dñetur in diebus eius iusticia  
⁊ abundantia pacis Johel. Implebunt h̄: rea frumento: ⁊ tor  
cularia tua vino redundabunt. quia tempore augusti qñ natus  
est xps pax sui per vnīuersum orbem. Tertio propter crismatū  
largissimam effusione Joh. 3. Effundam de spiritu meo super  
omnem carnem. Quarto propter figurarum impletionem: q̄a  
precedens tempus vacuum fuit figuras continens nostre salutis



## Sermo

que figure implete sunt in xpi incarnatione et natiuitate, Quinto propter misericordie plenitudinē. Tempore enim veteris legis abundabat iusticia. similiter abundabit tempore extremi iudicii sed nunc abundat misericordia dei Ps. Misericordia dñi plena est terra. Quantum ad tertiam partem istius sermonis dicit Aplus. Misit deus spiritum filii sui in corda nostra clamantem Abba pater, Sciendum q̄ deus dñi pater noster propter quinq̄ Primo propter creationem Deutro. 33. Nunquid ipse est pater tuus qui possedit et fecit et creauit te. de hoc in Ps. dñi. Ipse fecit nos et non ipsi nos. Secundo ppter curam promissionis. 1. Petri 5. Ipsi est cura de nobis. vnde dixit Dauid in Ps. Dñs soluit est mei Mat. 6. Nolite soluiti esse dicit. Quid man. et. Tercio propter affectum dilectionis et miserationis Ps. Quō miseretur pater filiorum et. Quarto propter disciplinā correctionis Aplus flagellat deus omnem filium quem recipit. vnde Ihere. Nam primo affixi te supple in presenti et non affligam te ultra sed in futuro. vnde de hoc Greg. Misericorditer deus adhibet nobis temporalem seueritatem vt non eternam inferat ultionez. ideo hic quibusdaz parit vt in eternum cruciet. Quinto propter distributionem hereditatis. vnde dicit in Ps. Tu es qui restitues hereditatem meam mihi Mat. 23. Venite benedicti patris mei et. Nota exemplum. nam petrus alphon. dicit de quodam domino vni⁹ ciuitatis qui habuit tres filios et cogitauit dñum ciuitatis vni illorum dimittere qui regeret ciuitatem: et volens scire quis illorū esset melior vsus est tali industria: vocauit maiore et dixit ei. Si deus vellet te facere auem cuiusmodi auis esse velles fili mi respondit. aquila: dixit pater. Quare. respondit. Quia omnium auium rex est et volat super omnes aues: vocauit secundum et dixit. Tu fili si deus vellet te facere auē de qua esses melius contentus: respondit. de falcone: et quare hoc ait pater. respondit quia portatur pugno nobilium quando vadit venatum truit super omnes aues huius voluntatem suam et modo occidit vnā modo aliam. Quibus auditis vocauit tertium sed minore et dixit ei sicut aliis: et respondit q̄ vellet esse grus. quia semper volat cum comitiua multitudine et societate, His peractis venit p̄dict⁹ domin⁹ et condidit testamentum dicens. Dimitto filium meum iuniorē heredem et dñm ciuitatis. Sic in proposito deus habet tres filios sed luciferum qui sicut aquila appetit volare super altitudinem nubium et similis esse altissimo, Secundus fuit prim⁹ homo sed adaz qui velut falco rabidus super pomum vetum se



immisit. Tercius filius est xps qui in terris visus est et cum omnibus conuersatus. et iste est heres: de quo loquitur Aplos in epistola hodierna dicens. quod si filius et heres per deum: et coheredes sunt pauperes christi celestem hereditatem possidentes Math. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum Jaco. z Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo. diuites in fide et regni heredes: quod promisit deus diligentibus se.

### **Officia post octauas Epiphanie ad Ro.**

Ratres. obsecro vos per misericordiam dei ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuentez sancta deo placentem rationabile obsequium vestrz. et nolite reformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri ut probetis que sit voluntas dei bona et bene placens et perfecta. Dico enim per gratiam que data est mihi omnibus qui sunt inter vos non plus sapere quam oportet sapere sed sapere ad sobrietatez. et vniciq; sicut deus diuisit mensuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus. Omnia autem membra non eundem actum habent ita multi vnum corpus sumus in cristo. Singuli autem alter alterius membra in xpo ihesu domino nostro.

### **Sermo sextus super epistola precedenti.**

Obsecro vos per misericordiam dei ut exhibeatis corpora vestra ad Ro. 12. Quia maria ps merendi et demerendi consistit in exercitio corporis. ideo monet nos Aplos ut corpora nostra dei seruitio efficaciter mancipemus dic. Obsecro vos etc. Vnde in presenti sermone quinque sunt dicenda. Primo quia debemus corpora nostra exhibere deo. Secundo quia aliqui offerunt deo hostiam mortuaz et aliqui viuentez. Tercio quare non debemus nos reformare huic seculo. Quarto de illis qui plus sapiunt quam oportet sapere. Quinto quomodo omnia membra sancte ecclesie vnum sunt corpus cum vno exemplo. Quantum ad primam partem Aplos ponit hanc exhortationem de exercitio corporis immediate post has festiuitates. Primo propter debitum illius reuoluntatis: et cum filius dei propter minimam caritatem humanum genus ad veram salutem sibi adoptauit. monet Aplos ut in reuoluntatem sui dulcissimi corporis nostra corpora exhibeamus ut ei seruiamus sicut nobis in suo corpore triginta tribus annis seruiuit. vnde xps dicit in euangelio. Filius hominis non venit ministrari sed ministrare. et etiam ut ei subiiciamur tanquam



## Sermo

creatori nostro: ut seruus dño filius patri: sic nos deo Eccl. 2.  
Collum subiicite iugo eius. ppter hoc impropere dicit illud  
Exo. 10. Usquequo non vis subiici mihi. Secundo exhibenda  
sunt corpora nostra deo ppter oblationē illam qua se pro nobis  
obtulit deo patri in cruce et in morte. Vnde sicut omnia mēbra  
pro nobis extendit et totum corpus ad passionem dedit: sic in  
recompensam offerre debemus sibi corpus et membra nostra. q̄a  
post mortem dabit resurrectionem et gloriā. Nam fidelis miles  
non timet amittere equum in p̄lio dum possit facere laudabile  
factum pro domino suo quando se sperat recipere meliorem. Sic  
iustus non timet exponere suum corpus castigationi vel etiam  
morti si necesse fuerit propter dñm suum: quia post mortem per  
resurrectionem sperat gloriosum subtile et eternum corpus se re-  
cepturum. vnde Apl̄s. Saluatorem expectamus dñm nostrum  
ihesum xpm qui reformabit corp⁹ humilitatis nostre et figurat si  
corp⁹ claritatis sue. vnde xpus ait Mat̄h. 13. Fulgebunt iusti  
tanq̄ sol. vnde etiā Bern̄. in li. de conside. Qualis tunc putas  
erit splendor animarum q̄n solis splendor: et habebit lux corp⁹  
nulla tibi tristitia nulla angustia. nullus dolor null⁹ timor null⁹  
labor sed perpetua sanitas iemper perseverabit. Quant⁹ ad  
secundam partem istius sermonis dicit hic Apostolus, Noliam  
viventem sanctam deo placentem. Pro quo sciendum q̄ aliqui  
hōiā mortuā offerunt deo. Primo isti qui bona op̄ra offerunt  
deo in peccato mortali. quia nihil merentur apud deum quo ad  
remunerationem eternam. 1. ad Tho. 13. Si distribuero omnes  
facultates n̄ eas in cibos pauper⁹ et si tradidero corpus meum et  
vnde dñs in decret. Opera extra caritatem non valent ad salutē  
24. q. 10. Secundi sunt qui dicunt q̄n mortuus fuero sepeliar in  
tali monasterio: dum viuūt in peccatis suis perseverant. anima  
e⁹ in inferno sepelī et cadaver vult sepeliri in loco sacro. Ter-  
cii sunt ypocrite qui ieiunant vigilant orant ecclesias frequentant  
et talia bona op̄ra faciunt propter gloriā vanam et laudem  
humanam. et tales sunt martires dyaboli. et p̄nt dicere dyabolo  
illud Ps̄. Quoniam propter te mortificamur. et de talibus dicit  
xps. Amen dico vobis n̄ reperēt mercedem suam Greg⁹ in moral̄  
D̄ q̄ miserj sunt qui affectāt laudes hōim in semetipsis: dissipāt  
fruct⁹ arbor⁹ suar⁹. dūq̄ ostendere alienis oculis appetant dānant  
qd̄ agunt. Quarti sunt q̄ faciūt peregrinationes et eccl̄as et capel-  
las aliuūt et largas elemosinas dant pauperibus de rebo iniuste



acquisitis scz per rapinā & vsuram & illis non satisfaciunt quibz  
 tenentur restituere Ecl. 34. Qui offert de substantia pauperis:  
 q̄si qui vidimat filiū in aspectu patris. vnde Greg⁹ in registro.  
 Quicquid in dei seruiuo ex scelere offert omnipotentis dei non  
 placat iracundiā sed iritat. Quinti sint claustrales qui co:pora  
 habent in claustro sed co:da in seculo. Corpus enim est mortuū  
 q̄n est ab anima separatu: vnde Aristotiles. Mors nihil aliud  
 est q̄ recessus aie a co:po:re. & tales claustrales faciunt oblatiōes  
 cum cayn qui aias suas dant dyabolo & sua co:pora in claustro  
 dant deo. de talibus non est mirum si claustrum non sit eis tazz  
 & magnū dolorem sentiunt quasi mortem. quia mors est diuisio  
 corporis & anime. sic et ipsi diuisi sunt: quia co:pora habent in  
 claustro et co:da in mundo: et tales habent duram et asperam  
 vitaz: quia quicquid boni faciunt coadi faciunt. vnde Hugo de  
 sancto victore. Inuitus non bene agit etiam si bonum est quod  
 agit. et tales sunt miseri homines: quia nullam consolationem  
 habent in mundo: nec abintra a deo. Queritur hic qui sunt isti  
 qui hostiam viuētem offerunt deo & que requiruntur ad hoc  
 respondetur q̄ Primo requiritur q̄ opus bonuz fiat in caritate  
 & gratia: quia minimū opus in caritate factum plus est q̄ opera  
 omnium peccatoz in mundo existentuz Bern. Caritas est cum  
 qua nec maximum acceptatur. Secundo q̄ fiat intentione recta  
 scz q̄ homo in bono opere querat dei honorem & salutem ppriaz  
 et proximozum edificationem Amb. Intentio operi tuo finem  
 imponit Greg⁹. Quicquid agis pro eterna mercede age: & nihil  
 studeas propter humanā opinionem & laudem agere: sed ppter  
 vitam eternam. Tercio q̄ fiat voluntarie et cum hylaritate. 1.  
 Cho. 4. Nylarem datorem diligit deus. vnde dicitur in decret.  
 Melior est quinqz psalmozum ꝛ de conse. dis. 5. Non me. Ps.  
 Seruite dño in leticia. Quarto q̄ fiat perseueranter: quia non  
 sufficit q̄ bonum fiat in gratia & recta intentione & voluntate nisi  
 fiat perseueranter Bern. Tolle perseuerantiam nec obsequium  
 habebit mercedem. vnde etiaz Ysidorus de summo bono. Solis  
 incipientibus promittitur: sed premium perseuerantibus datur  
 Mat. 10. Qui perseuerauerit vsqz in finem ꝛ. Item aliqui qui  
 deo hostiam viuētem offerunt sunt infirmi & tribulati qui sunt  
 patientes. Nunq̄ enim corpus digna hostia efficitur: nisi igne  
 tribulationis mozaificatum fuerit et decoctum. Quomiam si nos  
 tribulationem patienter & voluntarie sufferimus corpus nostrū  
 non solum hostia viuā: sed sancta efficitur coram deo.



## Serino

Sunt autem tria consideranda propter que non solum patienter sed delectantur tribulationes et infirmitates suscipiende sunt. Primum est quia est verissimum signum electionis: unde dixit angelus raphael ad thobiam. Quia acceptus deo eras necesse fuit ut temptatio probaret te. contra dicit de reprobis in Ps. Dimisi eos secundum desideria cordis eorum. Secundum est cum magno effectu certissima liberatio Ps. Ex omnibus tribulationibus meis eripe me sicut Polycarpus dicit quod divina pietas solet electos suos multipliciter eripere. Primo liberat per patientie donationem Gregorius Maxime deus liberat quando sufferendi patientiam amiserat. Secundo tribulationem in dulcedinem commutando sicut de sancto andrea legitur dicente. O bona crux diu desiderata. Item de sancto stephano. Lapidem torquentes illi dulces erant. Tertio liberat per singulas tribulationes consolationes infundendo Ps. Secundum multitudinem dolorum meorum consolationes tue letificaverunt animam meam. Secundo appetenda est tribulatio: quia reformat nos deo qui super omnes homines tribulationum passionibus se inmisit. propter hoc solum tribulatio summo desiderio est amplectenda. Unde cum translatus de ista vita ad speculum vite divine veritatis pervenimus. tunc luce clarius cognoscemus quam magnam cumulum meritorum nobis prebens tribulatio advenit. unde Bernardus super illud Apostoli. Non sunt condigne passionibus et dicit. Non sunt condigne passionibus ad penam que dimittitur. ad gratiam que immittitur. ad gloriam que promittit: unde Humbertus Si aduersitatum utilitatem sciremus considerare vix in centum annis domino possemus pro infirmitatis unius beneficio respondere. Quantum ad tertiam partem dicit hic Apostolus. Nolite conformari huic seculo. non debemus nos reformare huic seculo. Primo quia amicitia huius mundi inimicum dei constituit. Iacobus. 2. Amicitia huius mundi inimica est deo: quia amor mundi expellit deum et eius gratiam et dilectionem a corde hominis: quia sicut ignis et aqua sunt contraria: frigus et calidum: album et nigrum sic amicitia mundi et dei simul stare non possunt. unde Gregorius. Disce o homo non diligere mundum et diligas deum ante omnia. quod habes funde ut implearis. unde etiam Augustinus super primam canonicam Johannis. Duo sunt amores scilicet mundi et dei. si mundi amor in te habitat non est quo introeat amor dei. Cum exoneris corde tuo ab amore terreno tunc hauries amorem divinum et incipit in te habitare caritas a qua nihil mali potest procedere. Secundo quia totus mundus plenus est amaritudine et miseriis



ergo dicitur vallis lacrimarum. hoc puer ostendit nascendo qui primo flet representans miseriam huius mundi Job. 14. Homo natus de muliere breui viuens tempore replet multis miseris. Hoc patet patet. quia nunc frigus nunc estas nunc fames nunc sitis nunc fletus nunc diues et pauper viuus et mortuus Job. 12. Nunq̄ in eodem statu permanet Gregorius super Ezech. Quid est quod in hoc mundo nos libeat. vndiq̄ luctus nos in spiciamus. vndiq̄ gemitus audimus: destructe vbes. vndiq̄ es uersa castra. agri in solitudinē redacti: alios in captiuitatez duci alios detruneari vidim⁹. ⁊ alios interfici. Quid ḡ est qd̄ in hac vita libeat fr̄es mei. Si talem m̄dm iam diligimus non gaudim⁹ sed vulnera amamus. Tercio quia nemo seruiens huic mundo potest peruenire ad gaudiū celeste. Ratio est quia omnes seruitores h⁹ mūdi serui sunt dyaboli Mat̄h. 6. Nemo potest duob⁹ dñis seruire Apl̄s. Si adhuc hominibus placere xp̄i seruus nō essem: ymo serui dyaboli q̄nq̄ durius laborant q̄ serui xp̄i. q̄a sunt in continuis laboribus ⁊ inquieti in conscientia suis Amb. Que pena grauior q̄ interioris conscientie vulnus. Nonne hoc magis fugiendū q̄ mors q̄ exilium q̄ dispendiū q̄ debilitatis dolor. ⁊ in futuro seruitores mundi habebunt infernum ⁊ priuabuntur gaudio eterno Cris̄. super Mat̄h. D̄ q̄ miserimus est mundus ⁊ miseri qui sequuntur eum. Semp̄ em̄ in hoīes m̄dani opera sua excluderunt a vita. vnde etiam Greg⁹ in moral. Sic est regnum celorum ꝛc. Nemo potest hic gaudere cum hoc seculo ⁊ illic regnare cum deo. Quantum ad quartam partem ist⁹ sermonis dicit hic Apostolus. Nō plus sapere q̄ oportet sapere Notandū est hic h̄m Vincentiū q̄ aliquis plus q̄ oportet sapit tripliciter. Vno modo rōne obiecti q̄ obiectū inperscrutabile vult perscrutari ⁊ inuestigare rationibus trinitatem personarū ⁊ vnitatem essencie diuine seu articulos fidei qd̄ est prohibitum Eccl. 3. Altiora te ne quesieris. vnde etiam Proverb. 15. Qui perscrutator est maiestatis opprimet a gloria. Secundo qui per sciaz magicam vult secreta ⁊ futura p̄dicere. Tercio in iudicando occultis cordium que solus deus habet cognoscere ⁊ iudicare: ⁊ in signum huius ipse solus dicitur perscrutator cordium. et de hoc plenius habet in discipulo de tempore sermone. 54. Quantū ad quintam partem istius sermonis dicit hic Apl̄s. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus ꝛc. Sic apl̄s ostendit quomodo omnia membra ecclesie vnum corpus sunt. ⁊ quomodo fideles xp̄i sunt in corpore ecclesie ⁊ debent se adinuicem habere



## Sermo

sicut membra vnius corporis. Notandū ē  
inuidet alio membro ex eo qd dignius et melius habet q̄ aliud  
membra. ymo vnum membz congaudet alteri ⁊ reputat sibi  
factum qd sit alteri siue bonum siue malum. vnde si ledatur pes  
dicit os. Quare me ledis. ⁊ si lauatur pes. os regratiat̄ lauanti  
Sic debet esse inter fideles cristi qui sunt membra ecclesie: vnde  
d̄r hic. Multi vnum corpus sumus in xpo. singuli autem alter  
alterius membra. Secundo vnum membz lesum ab alio non se  
vindicat. Sic etiā debet esse in mēbris ecclesie. vnde etiāz Apl̄s  
ait. Nulli malum pro malo reddentes: ymo quod plus est vnū  
membra pro alio se exponit periculo p̄cipue minus nobile p̄  
nobilitati vt manus pro capite. In membris ecclesie ip̄m caput  
pro membris se exponit. Tercio sicut vnū membz abū sumptū  
aliis cōmunicat. sic vn⁹ fidelis aliis bona sua cōmunicare debet  
Et si membz amplius de cibo retineat q̄ debet. illud est ei occa  
sio apostematis vel alterius infirmitatis. sic etiā inter fideles xpi  
Ecc̄l. 5. Est ⁊ alia vanitas pessima qm̄ vidi sub sole scz diuitias  
conseruare in malum dñi sui. Quarto nihil valet vnū membz  
separatum ab aliis sed est putridū ⁊ inutile. Sic excomunicat⁹  
⁊ separatus per excomunicationem maiorē a xpo qui est caput  
⁊ a membris. ab omnibz fidelibus xpi ad nihilum valet nisi ad  
eternū ignez. hoc probatur ex euangelio Joh̄. 12. vbi xps dicit  
Ego sum vitis vera ⁊ vos palmites. Sed homo excomunicatus  
est sicut palmiti absciso a vite q̄ sic abscisus ad aliud non valet  
nisi vt in igne comburatur Aug⁹ super Joh̄. Nihil debet formi  
dare xpianus q̄ separari a corpore cristi. Quinto totum corpus  
tremit cum separationē vnus membri p̄uidet. Sic timere debet  
totum corpus ecclesie cum aliquem fidelem videlicet separari a  
cōmunionē fidelium per excomunicationem vel p̄ctm̄ mortale.  
Pro quo sciendū qd excomunicatio maiorē facit non est ferenda  
contra xpianum xpi sanguine redemptuz. Nam vt dicit Aug⁹  
Cum quidaz sacerdos excomunicare suum subditum veluisset ⁊  
audiuisset vocem dicentem sibi. Desine. non em̄ tu sc̄i. aut ego san  
guinem meum pro eo sudisti: statim remisit sententiaz. Vltimo  
nota exempluz quō vnū membra exposuit se pro alio. Hoc  
patet de beato paulino episcopo qui se dedit in mortē pro filio  
vidue ⁊ per hoc seipm̄ ⁊ mltos xpi fideles a captiuitate ⁊ morte  
liberauit quere in promptuario.

**Dñica prima post Epi. epla pauli ad Ro.**



Ratres. hñtes donationes fm gratiam que data  
 est vobis differentes. siue prophetiam fm rōnem  
 fidei: siue ministeriū in ministrādo: siue qui docet  
 in doctrina: siue qui exhortatur in exhortādo. Qui tribuit  
 in simplicitate. qui preest in sollicitudine. qui miseretur in  
 hylaritate: dilectio sine simulatione: odientes malum:  
 adherentes bono: caritatē fraternitatis inuicē diligentes  
 honore inuicem preuenientes. Sollicitudine non pigri:  
 spiritu feruentes: dño seruientes. spe gaudentes: in tribu-  
 latione patientes: orōni instantes: necessitatibz sanctorz  
 cōmunicantes: hospitalitatē sectantes. Benedicite perse-  
 quentibus vos: benedicite et nolite maledicere. Gaudete  
 cum gaudentibus: flete cum flentibus. Idēpm sentientes  
 non alta sapientes: sed humilibus consentientes.

### Sermo septimus super epistolam

Vi preest in sollicitudine ꝛ Ro. 12. Prelatis sollicitudo  
 appropriatur. quia sunt pastores ꝛ debent vigilare sup  
 gregem eis cōmissum. et in signum hꝫ xꝑs pastor petro  
 dixit. Pascue oues meas. ergo hic dꝛ. Qui preest in sollicitudine  
 Unde in pñti sermone Xꝑlus dat plura documenta. Quantum  
 ad primuz dicit. Qui preest in sollicitudine preest. Pro quo  
 sciendum fm Wilhelmum qꝫ tripliciter ratione prelatus debet esse  
 sollicitus ad custodiendū aīas sibi cōmissas. Primo qꝫ sanguine  
 xꝑi empti sumus. Si quis haberet de xꝑi vestibus aliquid valde  
 custodiret illud. Si vero haberet aliqd videlicet de sanguine eiꝫ  
 diligentius custodiret. Qualiter aut debet custodire animas qꝫ  
 sanguine suo preposuit pro illis sanguinem fundendo. Secundo  
 qꝫ in periculo aīe sue pereunt anime ille et si ex culpa sua pereāt  
 erit anima eius pro aīabus illorū Ezech. 29. Sanguinem aut  
 eius de ma. spe. requi. Tercio vero quia nisi prelatus adduxerit  
 in quantum in se est animas sibi cōmissas a dño faciem dei non  
 videbit Ezech. 34. Non videbitis faciem meam: nisi adduxeritis  
 fratrem vestꝫ minimum vobiscū. nisi quis diligenter custodiret  
 sanguinē xꝑi in vase verteret contra salutē ppriam. Sic vtiqꝫ a  
 regno celozū excludet nisi aīas sibi traditas adduxerit scuz. Vñ  
 hic querit vtz plati maius hēbunt pñium a deo ceteris hoībo-  
 rñdet Eludariꝫ. Qui in ecclā dignitatibz pñunt vt epī ꝛ psoi-  
 teri si verbo ꝛ exēplo bene pñunt tot pñia p illis hēbunt quot  
 aīe per eos salue facte sunt Gregꝫ in omel. Pre ceteris deū sub-  
 lime videre merent qui fidelibz gregibz nouerunt pesse solicate.



## Sermo

Dum enim presul super gregez suum vigilat diuina gratia super eum choruscet. Si autem subditis verbum dei subtraxerint et eos in foueam mortis per mala exempla duxerint. tot penas pro aliis hereditabunt quot aie eorum prauo exemplo perierunt. Gregorius in moral. Scire debent prelati quod si nunquam mala perpetraverint tot tamen mortibus digni sunt quot ad subditos perditionis exempla transmittunt. Qui autem in secularibus prelati sunt ut reges barones et iudices si iuste iudicant et subditos elementer tractant maiorem gloriam pre aliis a iusto iudice christo consequentur. Si autem iniuste et crudeliter opprimunt acutiora supplicia pre aliis habent Sapientia 6. Iudicium durissimum fiet his qui presunt. unde etiam Jacobi 2. Iudicium sine misericordia fiet ei qui non fecit misericordiam Christi. Sicut potentes potentius tormenta patient: sic et iusticie premiis implebuntur plenius si bene exerceuerint potentatus: et in futuro tantam habebunt gloriam quanta virtute alios precesserint. Quantum ad secundum documentum dicit. Qui miseret in hilaritate. Summe contra hoc faciunt illi qui austeritate in verbo in facto et in vultu ostendunt quam a pauperibus rogantur Augustinus. Qui dat ut careat tedio interpellantis non ut reficiat viscera indigentis rem et meritum perdit. Ut autem elemosina detur cum hilaritate vultus et sermone dulcedine: tunc ille a quo petit pauper elemosinam debet attendere quis petat: quam christus in forma pauperis Math. 25. Quod vni ex minimis me feceritis Iheronimus. Quotienscumque manum pauperi extenderit christum cogita: ita debet cogitare quod ipse a deo quotidie petit regnum celorum. ibi. Adueniat regnum tuum. et si negat deo hoc modicum: deus negabit regnum suum Proverbia 27. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperum clamabit ipse et non exaudietur. Indignum enim est illi negare frustum panis a quo petit totum regnum. Pro quo sciendum quod sex genera hominum tribuunt elemosinas et hoc diuersimode. Primi ponunt in manibus dei et est illa que datur viduis et orphanis qui mendicare pudet et qui defectum magnum sustinent propter honorem temporalem precipue autem que datur cognatis indigentibus Psalms 10. Carnem tuam ne despexeris Bernardus in epistola. Beatus qui intelligit super egenum et pauperem, Ille pauper est qui inuite petit et verecunde accipit et accipiens glorificat patrem suum qui in celis est. Secundi sunt qui ponunt elemosinam super pedes domini quam dant hostiatim mendicantibus peregrinos et pauperes in hospicio propter deum colligendo Psalms 28. Frange esurienti panem tuum: et egenos et vagos induc in domum tuam Augustinus. Elemosina est vnguentum quo maria



magdalena unxit pedes domini. Terci ponunt elemosinam in  
 gremio dñi & est illa que datur leprosis & cæcis captiuis & p̄cipue  
 inter paganos. Quarti ponunt elemosinam in os domini & est  
 elemosina quã quis offert pro posse suo ad altare de rebus iuste  
 acquisitis ubi offertur sacrum corp⁹ dñi in salutem viuorum &  
 mortuorum: et ideo cum quis dat sacerdotibus elemosinam qui  
 quotidie sumunt corpus dñi vel ad ornatũ domus dei ubi xp̄s  
 consecratur & tractatur ita accepta est quasi in os dñi sit posita.  
**Apl̄s.** Operemur bonum dum tps habem⁹ ad omnes. maxime  
 aut ad domesticos fidei. sacerdotes qui sunt illuminatores fidei  
 & doctores. **Quinti** sunt ponentes super cor dñi: et sunt illi qui  
 dimittunt offensas et iniurias sibi illatas verbis factis rebus vel  
 corpore. **Aug⁹.** Multa sunt genera elemosinarũ q̄s cum facim⁹  
 adiuuamur vt dimittant nobis nostra peccata mortalia. sed ea  
 nihil est maius q̄ cum ex cor: de dimittimus qd̄ in nobis quisq̄  
 peccauit. Scienduz q̄ tanta posset esse offensa que dimittit̄ siue  
 in rebus fama & corpore q̄ propter hoc omnia p̄c̄ta dimitterent̄  
 homini. **Lu.** Dimitte & dimittemini. **Greg⁹** in omel. Qui in se  
 peccanti clem̄ter indulget. nullum peccati vestigium in eius aia  
 remanebit. **Sexti** vestiũt xp̄m & est illa elemosina que datur &  
 offertur pro animab⁹ defunctorũ que sunt in purgatorio. vnde  
 1. Machab. 12. Sancta ergo & salubris est cogitatio p̄ d. fundis  
 exorare vt a peccatis sc̄luantur. vnde **Bern⁹** in quodã sermone  
 Nec est religio expiationis ubi anime corp⁹ exute cruciant̄  
 ad tps vel calore ignis vel frigore vel alicuius grauitate doloris  
 ad illos nobis transeundum est per compassionem quib⁹ iudicā  
 sumus pro humanitate. Pro quo sciendum q̄ animab⁹ in pur-  
 gatorio existentib⁹ subuenire debemus quatuor de causis. quere  
 in discipulo. **Quantum** ad secundum documentum dicit hic  
**Apl̄s.** Honore inuicem p̄uenientes: quia quilibet debet p̄sumere  
 aliqd̄ bonum in proximo suo esse siue sit manifestuz siue occultũ  
 quo ipse eũ precellit. quare merito est ab ipso honorandus. Sed  
 oppositum plures faciunt qui p̄ximos suos despiciunt. Hoc cõ-  
 munit̄ fit q̄tuor de causis. **Prima** causa ẽ ignobilitas **Boet⁹**  
 Si p̄mordia oim quos de⁹ creauit spec̄tes. nullus degener extat  
 quia oēs ab adã venerunt. ergo sunt fratres. **Aug⁹** de doctrina  
 xp̄iana. Ego non interrogo te serico indutum & pauperem pan-  
 nosum. nõ quales in vestibus estis vel litis: sed q̄les nati fueritis  
**Ambo** certe nudi. ambo infirmi. ambo vitã miserã inchoantes  
 & adhuc ambo plorantes qñ nascuntur infantes. **Itẽz** q̄ omnes



## Sermo

homines habent unum principium et unum finem: ostenditur in ossibus mortuorum. quia ad sensum nulla est differentia inter ossa nobilium et rusticorum Aug<sup>9</sup>. Cum in aliquo casu vetera sepulcra mortuorum franguntur: ossa nobilium et divitum non agnoscuntur. Sed queritur. unde causata est nobilitas: respondetur ex virtutibus Aristoteles. 1. Politicorum. Virtus et malicia determinat nobiles et ignobiles. versus. Nobilis est ille quem nobilitas sua virtus unde dicimus in oratione dominicali. Pater noster. et nullus de nobilitate se iacet. et sic alios homines spernat Aug<sup>9</sup>. Nonemus divites et nobiles non superbire minoribus nec contra. Minores enim non possunt cum aliis dicere. Pater noster nisi sint fratres. Sed dicere que sunt ille virtutes que ostendunt homines esse nobiles. de hac materia plenius habetur in discipulo de tempore sermone. 27 Secunda causa est paupertas: quia nobiles et divites communitate pauperes despiciunt: sed antiqui patres in antiquo testamento hoc non fecerunt Job. 3. Si pauperes despecti eo quod non haberet vestimentum. si vestis pauperis est despecta tamen persona hominis est honoranda. Sicut in nouo testamento ex hoc non honoravit eos in apostolos elige. do. unde. 1. Cor. 10. Videte vocationem vestram fratres: quia non multi potentes sed que stulta sunt radi elegit deus ut confundat fortia: et ignobilia et contemptibilia elegit deus. Hoc patet sic. quia de piscatoribus et aliis pauperibus elegit plures apostolos. De sapientibus autem huius mundi tantum unum scilicet gamaliel legem doctorem. et de nobilibus herodolomeum et etiam paulum qui fuit civis romanorum. de divitibus zacharium qui fuit dives. de principibus et potentibus tres scilicet nicodemum et centurionem et regulum. quod pauper homo non est despicendus sed honorandus ostendit Gregorius in omelia. Pauper cura reprehensibilis certum moneri debet sed non despicitur. Si vero reprehensionis nihil habet venerari sumopere sic intercessor debet. Tercia causa sunt peccata. Sic christus non fecit. quia conversaturus est cum peccatoribus comedit et bibit cum eis ut eos ad viam veritatis reduceret et salvaret. Sed pharisei hoc reprehenderunt in christo dicentes ad discipulos Math. 10. Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister vester. Sic exemplo christi peccatores non sunt despicendi sed caritative monendi ut se emendent et de peccatis suis peniteant Galat. Si occupatus quis fuerit in aliquo delicto vos qui spirituales estis huiusmodi in spiritu instruite lenitatis. Item qui hodie est peccator eras fortassis melior Lu. 6. Nolite iudicare et non iudicabimini Quarta causa est seditas persone: hoc deus non fecit. nam Job



vlceribus plenū deus nō spernit: nec lazarus qui iacuit in ianua  
 diuitis et canes lingebāt vlcera eius et ipse post mortem portat⁹  
 est ab angelis in sinum abrahe. Sic et nos non debem⁹ personas  
 defectuosas spernere. quia quilibet nostruz si deus permiserit pē  
 ipsis filis fieri scz scabiosus cecus claud⁹ leprosus &c. ergo talib⁹  
 compatendum est sicut vellemus nobis compati. Quantum  
 ad quartam partem dicit hic Ap̄ls. Benedicite persequentib⁹  
 vos: benedicite et nolite maledicere. Notandum est hic qd Ap̄ls  
 dicit. Benedicite persequentib⁹ vos et bis benedicite. bona pro  
 ximis optate in p̄nti vita et in futura. Opposituz illi faciunt qui  
 ex inuidia solent dicere. Puniat te deus in p̄nti ne noceat anime  
 in futuro: et tales qui petunt talem v̄ndictam super proximum  
 suū non sunt in caritate dei. nec etiam habent caritatem proximi  
 sui Aristoteles. Diligere est alicui bonum velle: si talis vult ex  
 v̄ndicta malum proximi peccat mortaliter. 1. Joh. 3. Qui non  
 diligit fratrem suum manet in morte. Sequit⁹ hic. Et nolite ma  
 ledicere &c. Vnde hic queritur utz maledictio sit p̄ctm mortale  
 respondetur h̄m sanctum Tho. 2. 2. q. 1. de ista maledictione de  
 qua hic loquimur per quaz pronuntiatur malum contra aliquē  
 vel in imprecando vel in optando: hec h̄m se repugnant caritati  
 pximi. ergo est peccatuz mortale. 1. Tho. 6. Neqz maledici neqz  
 rapaces regnum dei possidebunt. et tanto grauius q̄nto personā  
 cui maledicit venerari pot⁹ tenetur Levi. 20. Qui maledixerit  
 patri vel matri morte moriatur. Contingit tamen aliqui veniale  
 esse vel paruum peccatuz q̄n quis alteri imprecatur vel propter  
 effectū eius qui profert dum ex leui motu vel ex ludo vel ex sur  
 reptione aliqua talia verba profert: quia p̄cta verboz maxime  
 ex effectū et intentione pensantur. vnde in decret. dicitur. Deus  
 iudicat verba h̄m intentionem proferentium. 28. q. 5. humane.  
 Quantum ad quintum documentum dicit hic. Gaudete cum  
 gaudentibus flete cum flentibus. Vbi notandum qd gaudere de  
 malis et infortunis proximi gaudium est iniquū cum sit de mal  
 alterius. de hoc gaudio d̄r Proverb. 27. Qui in ruina alterius  
 letat non erit impunitus. Inuidi vident peiores potus. Porc⁹  
 em̄ cum occidit alius sibi compatit⁹: sed inuidi faciunt oppositū  
 Similiter tritari de bonis proximi vtiqz malum est. qd patet ex  
 hoc qd inuidus excecatur vbi deberet illuminari Job. 8. Per diē  
 m̄tur̄t tenebras Greg⁹. Mens inuidoz de alieno bono affligit  
 de radio lucis excecatur. Sicut enim diligentibus deum omnia  
 cooperantur in bonum: quia gaudent cum illis quibus bene et



## Sermo

prosperare procedit in rebo siue in corpore siue in aia. hoc faciunt in caritate et totiens merentur coronam vite a quolibet homine. sic contra impiis omnia conuertuntur in malum que vident: quia si vident bona et prospera tunc affliguntur. Si autem mala et tristia letantur et hoc cedit eis semper in periculum animarum suarum Seneca. Utinam inuidi in omnibus ciuitatibus aures et oculos haberent ut de singulis prosperitatibus hominum torquerent. Nam quanta felicium sunt gaudia. tanti inuidorum sunt gemitus. Ultimo nota exemplum de vdone episcopo magd. quere in promptu.

### Unica secunda post Epiphania ad Ro.

Patres nolite esse prudentes apud vosmetipsos: nulli malum pro malo reddentes prouidentes bonam non tantum coram deo. sed etiam coram omnibus hominibus si fieri potest quod ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes non vosmetipsis defendentes carissimi sed date locum ire. scriptum est enim. Dñi vindicta et ego retribuam dicit dñs: sed si esuerit inimicus tuus ab illi: si sitit potum da illi. Hoc enim faciens carbonem ignis congerens super caput eius. non vincit a malo sed vince in bono malum.

### Sermo octauus super epistolam

Deite esse prudentes apud vosmetipsos Ro. 12. Iohes de sancto geminiano, filii huius seculi et filii regni in hoc discernunt et distinguunt. quia filii huius seculi seipsum prudentes reputant et ex hoc super alios se extollunt. filii autem regni seipsum ignaros estimant et in nullo se extollunt: sed se aliis subiiciunt in humilitate. et hec est quod dicit Aplos. Nolite esse prudentes etc. Unde in presenti sermone ponit Aplos quatuor bona documenta. Quantum ad primum sciendum quod sapientia est duplex. Prima est sapientia huius mundi que diuiditur in tres partes scilicet terrenam humanam et dyabolicam. Terrenam habent illi qui sciunt temporalia bene acquirere Lu. 6. filii huius seculi prudentes sunt filii lucis. Humanam habent qui bonis a carnalibus ad delicias vtuntur. de quorum sapientia dicit ad Ro. 4. Prudentia carnis inimica est deo. Unde hic querit utrum prudentia carnis sit peccatum mortale. respondit sanctus Tho. 2. 2. q. 25. q. si prudentia carnis accipitur absolute secundum rationem prudentie ita scilicet quod in cura carnis constituat ultimus finis totius vite. sic est peccatum mortale. Si vero accipitur secundum rationem particularis prudentie sic est peccatum



viii

veniale. Contigit autem duabus de causis quod aliquis inordinate afficitur ad aliquod delectabile carnis. Primo quoniam non auertitur a deo: puta quia non constituit finem totius vite in delectatione carnis: et sic adhibere studium ad delectationem carnis est peccatum veniale. Si vero aliquis curam referat in finem honestum: puta cum aliquis studet comestioni propter corporis sustentationem hoc nullum est peccatum. Prudentiam enim dyabolicam habent qui prudentes sunt et faciunt nulla bona aut facere nesciunt aut nolunt qui se sunt callidi et homines decipere sciunt et nocere eis in rebus eorum: et tales velant christo faciem sicut fecerunt iudei. unde auctoritas. Multos oia conspiciunt conantur velare. quia mala pro bonis mutantur vendere vel mutare. Math. Quid vni ex minimis meis fecistis etc. Unde querit quantum peccant qui nec emere nec vendere nouerint nisi cum mendaciis et iuramentis: respondetur secundum Raymundum Quoties causa decipiendi mentiunt scienter peccant mortaliter et tenentur ad restitutionem. et hoc non solum intelligitur de magnis rebus sed etiam de paruis ut patet de quibusdam hominibus qui paruas res habent vendere et emere et tamen in eisdem multiplex mentiuntur ut proximos decipiant. Secunda est prudentia spiritus que est bonorum christianorum. de quibus dicitur Lu. 11. Estote prudentes sicut serpentes etc. Vbi notandum quod in tribus debemus imitari prudentiam serpentis. Serpens enim totum corpus pro capite exponit sic et nos pro capite christo corpus nostrum tribulationibus exponemus Ro. 4. Quis nos sepabit a caritate christi. Et serpens in loco arto deponit veterem pellem: et nos in loco arto penitentie debemus deponere vetustatem culpe. Item serpens unam aurem obturat terra et aliam cauda: sic nos contra blandimenta huius seculi debemus nos munire consideratione terrenitatis nostre et mortis nostre. Item notandum quod hec est vera prudentia secundum Bernardum. Si preterita mala desleas. si temporalia ista contempnas. si celestia concupiscas. et hec prudentia innuitur Deutro. 23. Utinam saperent et intelligerent et nouissima prouiderent. saperent scilicet peccata preterita que sunt amara et vide que malum et amarum sit te dimisisse dominum deum tuum. malum est in culpa. amarum est in pena. Item intelligerent presentia que sunt mala Eccl. 1. Vanitas vanitatum et oia vanitas et quasi quedam somnia Eccl. 34. Somnia extollunt imprudentes. talis erat ille diues cui dictum erat Lu. 12. Stulte hac nocte repetent animam tuam a te. Item ut nouissima prouiderent scilicet eternitatem glorie quantum ad beatos et iustos: et eternitatem pene quantum ad malos et iniustos Aug. 9. Unusquisque prouideat sibi in futurum



## Sermo

congregationem meiorum. de quo Proverb. 10. dicitur, Qui congregat in messe filius sapiens est. Tempus messis vita presens est. et qui merita per opera virtutum congregat hic est sapiens et hoc est sapia formice: que cum non habet preceptore congregat in estate quod comedat in hyeme Proverb. 6. Vade ad formicam et addisce sapientiam etc. Sciendum autem quod tria sunt que faciunt opera vera et bona et placita coram deo. Primum est quod opera vera fiant in caritate. 1. Cor. 16. Omnia opera vestra in caritate fiant. unde dicit in decretis. Opera extra caritatem facta non valent ad salutem. 27. q. Secundum est quod homo operetur cum perseverantia Math. 24. Qui perseveraverit in se etc. Greg. 9. Incassum bonum agit si ante terminum desinat. Tolle perseverantiam nec obsequium mercedem habet Ysidorus de summo bono. Non est beatus qui bonum facit sed qui incessanter facit. Qui enim perseveraverit etc. Tercium est quod intentio sit recta et opera que facimus ad laudem dei et pro salute nostra totis viribus ordinemus quod si per omnem necessarium est eo quod secundum intentionem omnia que facimus a deo iudicantur Lu. 11. Si oculus tuus fuerit simplex et intentio tua recta corpus scilicet operum tuorum erit lucidum Amb. Intentio operi nomen imponit. unde dicit in decretis. de peni. Deus iudicat intentiones. Quantum ad secundum documentum dicit. Nulli malum pro malo reddentes. Vbi sciendum quod aliqui reddunt mala pro malis: et hoc prohibet Christus dicens. Nulli malum pro malo etc. Item aliqui reddunt bona pro bonis hoc est beneficium moralitatis: quia ratio dicit hoc. Item aliqui bonum pro malo hoc est beneficium perfecte caritatis sicut Christus oravit per crucifixos suos et sanctus Stephanus pro lapidantibus se oravit. sic veri Christiani imitari debent Christum et sanctos. Item aliqui malum pro bono et hoc est perverse malignitatis sicut iudei Christo fecerunt quibus predicavit et infirmos curavit et sanavit. sed reddiderunt ei mala pro bonis sicut adhuc plures Christiani Christo faciunt domino suo. unde ipse queritur in Ps. Retribuebant mihi mala pro bonis: hoc licet probatur. quia si dat homini corporis pulcritudinem cum corpore. tunc luxuriatur et extollitur. si dat ei divitias tunc abutitur eis: si paupertatem et infirmitatem tunc impatiens erit etc. Quantum ad tertium documentum dicit. Providentes bona non tantum coram deo sed etiam coram omnibus hominibus: quia non solum debet homo cavere ab offensa dei immo etiam a scandalo proximi. Unde hic queritur utrum scandalum sit peccatum. respondetur secundum sanctum Thomas. 2. 2. q. 42. Duplex est scandalum scilicet actiuum et passivum. Passivum



est illo qui scandalizatur et est semper peccator. Non enim aliquis scandalizatur: nisi inquantum aliquoties ruit ruina spirituali que peccator dicitur et idem est quod scandalum. Passivum potest esse quoniam veniale quasi habens impactionem tantum: puta cum aliquis ex inordinato dicto vel facto alterius mouetur motu peccati venialis. Quandoque vero est peccatum mortale puta cum quis de inordinato dicto vel facto alterius procedit usque ad peccatum mortale. Scandalum vero actiuum est in eo qui ex inordinato dicto vel facto proximum suum scandalizat et est etiam semper peccatum vel saltem habet speciem peccati et hoc potest duobus modis fieri. Primo cum quis venialiter peccat et cum hoc vult alium ducere ad peccatum veniale et tunc facit duo peccata venialia: vnum respectu sui: et aliud respectu proximi. Secundo quando contemnit salutem proximi ut pro ea seruanda non pretermittit facere unde ipse scandalizatur. unde dicitur in decretis. Dantes scandalum rei sunt pereuntium. 1. q. 1. hi. unde etiam dicitur Math. 18. De homini per quem scandalum venit. Quantum ad quartum documentum dicit. Cum omnibus hominibus pacem habentes. Unde notandum quod pacem debemus diligere quia christo valde placet. in signum huius deus nasci voluit tempore pacis: quia sicut de virgine natus est ut ostenderet se diligere virginitatem et castitatem. sic tempore pacis natus est ut ostenderet se diligere pacem et habitare cum pacificis. unde in psalms. In pace factus est locus eius. Secundo dedit discipulis suis in preceptum doctrinam pacis Lu. 1. In quamcumque domum intraveritis dicit. Pax huic domui. Tercio pro testamento et hereditate reliquit Ioh. 14. Pacem meam relinquo vobis pax. et Aug. de ci. dei li. 19. Nemo potest ad hereditatem dei peruenire qui testamentum eius noluerit obseruare. Quarto quod eare emit. quod triginta tribus annis laborauit ultimo mortuus est ut faceret pacem: et in signum hoc post mortem apparuit discipulis dicens. Pax vobis. Quinto quia omnes filios suos nominauit pacificos Math. 5. Beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur Greg. 9. Si filii dei vocabuntur qui pacem faciunt proculdubio sathane sunt filii qui pacem rescindunt Bern. Pax timet dyabolus vigilantes continentes: quia de istis multos traxit in laqueum ruine: sed tamen concorditer in domo domini videntis conuerti deo et sibi per vinculum caritatis. Hi dolorem hi liuorem hi timorem dyabolo inferunt. Unde hic queritur utrum discordia sit mortale peccatum: respondetur secundum sanctum Thome. 2. 2. q. 7. quando aliquis scienter et ex intentione dissentat a bono diuino



## Sermo

¶ a bono proximi in quo consentire deberet hoc est peccatum mortale ex suo genere propter raritatem ad caritatem licet primi motus huius discordie sunt peccata venialia propter imperfectionem actus. Quantum ad quintum documentum docet nos Apostolus quod de inimicis nostris non debemus nos vindicare dicens. Non vosmet ipsos defendentes sed debemus ipsis beneficia impendere dicens. Si esurierit inimicus tuus etc. Unde hic queritur an appetitus vindicte sit mortale vel veniale. Respondetur quod appetitus vindicte fit sex modis. Primo appetere vindictam de illo qui non meruit sed super innocentem. Secundo quando appetit plus quam ille demeruit. Tercio quando non debito ordine: quia se vult vindicare et non vult committere deo et talis rapinam committit et deum contemnit quia scriptum est Ezech. 9. Mihi vindictam et ego retribuam. Quarto quando non ex debito: siue quando appetit ut solummodo vincat non ut bonum iusticie conservetur et ut vicium emendetur. Quinto quando aliquis passivus seuit ab intra vel ab extra sic quod non curat facere contra preceptum dei vel caritatem proximi. Quandoque autem aliquod istorum quinque deliberate fit tunc erit mortale. Sexto quando intentio vindicandi fertur principaliter ad aliud bonum puta ad emendationem peccantis vel saltem ad correctionem eius et aliorum et iusticie conservationem et dei honorem et talis vindicatio non est peccatum mortale: sed est licita aliis circumstantiis debite servatis. Unde queritur hic cur sancti in celis cum deo manentes vindictam de inimicis expectant ut habetur Apostolus. Respondetur quod illi sancti in conspectu dei et creatoris sui existentes vident voluntatem ipsorum et ideo ab ipso appetunt quod eum facere velle vident. Petunt autem vindictam duobus modis de inimicis et hoc causa caritatis ut scilicet qui ad vitam eternam predestinati sunt convertantur a malo ad bonum. qui vero peccati scientes deo damnandi moriantur et peccata deserant. Ambrosius super Lucam. Melius esset peccatoribus male agentibus cito mori quam ut in peccatis diu versentur ut per hoc minorem penam in inferno habeant. ubi unusquisque secundum qualitatem suorum operum sustinebit multitudinem et magnitudinem penarum. quod petere conportet utique quia caritatis est et misericordie. Non autem putandum est quod sancti in celo empireo vocem emittant sic nos aerem aut flatum in felle ventris trahimus per organa gutturis: sed vox illa desiderium est ipsorum et quanto quisque illorum magis clamat tanto



magis desiderium flagrat Ps. Desideriū eorum exaudiuit auris  
tua. Secundo petunt de reprobis vīdicitāz: quia optant venire  
extremum diem iudicii et resurrectionem suorum corporum: in  
signum huius xps loquens de extremo iudicio dicit discipulis.  
His fieri incipientibus respicite ⁊ leuate capita vestra: quia ap-  
propinquat redemptio vestra Aug⁹. Resurgent corpora san-  
ctorū sine villo vicio sine vlla deformitate sine vlla corruptione  
sine oūni difficultate: in quibus erit tanta subtilitas et agilitas  
quāta fuit felicitas. Vltimo nota exemplū qd debemus inimicas  
benefacere vt sic nobis reconcilietur de⁹. quere in promptuario.

### **Ōnica tertia post Epiphānie ad Ro.**

Ratres nemini quicqz debeatis nisi vt inuicem di-  
ligatis. Qui enim diligit proximū legem impleuit.  
Nam non adulterabis. non occides. non furaberis  
non fallum testimoniū dices. non cupisces rem proximi  
tui. ⁊ si qd est aliud mandatum in hoc verbo instauratur.  
Diliges proximum tuum sicut teipsum: dilectio proximi  
malum non operatur. plenitudo ergo legis est dilectio.

### **Sermo nonus super epistolam**

Emini quicqz debeatis Ro. 13. Johannes de sancto ge-  
miniano dicit. Si adiuicem dilectionem habuerimus:  
proximo nro de omni debito satisfacemus: ⁊ tunc man-  
datum dei implebimus: exemplū de sancto iohanne apostolo  
de quo dicit Ihero⁹ cum ipse ex hōi moraretur ⁊ senex vix inter  
discipulorū manus ad ecclesiam deferret. nec plura verba dicere  
posset. ad quamlibet paulam dixit. filioli diligite alteratrum.  
fratres qui cum erant admirantes qd semper eadem verba repli-  
 licitum ante illum qui manibus et pedibus est fixus ire cum multi-  
 plicibus et preciosis vestibus qui pro te nudus in cruce pependit  
 nec ante eum ire cum situlis et cantilemis qui pro te cantans in cruce  
 factus est rauce. **Ps.** Laboravi clamans rauce facte sunt fauces mee  
 nec ante eum ridere nec impudice loqui qui pro te fleuit amare  
 in cruce et dixit. **Q** vos omnes qui transitis per vias terre. unde petrus  
 dami. **Q** bone ihesu tu doles et ego gaudeo. tu doles et ego rideo  
 tu potas crucem et ego pecco. tu oras pro inimicis et ego illicita  
 et mendosa verba profero. tu pro me vigilas et ego dormio: tu  
 denudaris et ego preciosis vestibus induor. tu ieiunas et ego splen-  
 dide epulor: tu sitis et ego inebrior: tu aceto potaris ab impio  
 iudice et ego te iustum iudicem non timeo. tu cum impiis crucifigeris  
 et ego primas catenas ambio. tu non habes ubi caput reclines  
 et ego palacium astruo. tu in cruce et ego in lecto peccioso. Non  
 enim est retributio equa: nunquid redditur pro bono malum.  
 Unde notandum quod inter alias penas quas recipiunt qui sunt in  
 tribulatione ista est maior pena quam vident quod illi qui deberent eis  
 compati derideant eos: in signum huius legitur **Matth.** 27. quod  
 milites pilati eruentes eum et placentes coronam de spinis posu-  
 erunt super caput eius et arundinem in manu eius et genua flectentes  
 ante eum illudentes et dicentes. **Aue rex iudeorum:** sic heu istis  
 diebus carnis spiritui a pluribus christianis irridetur dominus noster qui  
 illis diebus plus peccant quam aliis temporibus anni. Et sunt septem  
 genera hominum. Primi qui inepte letantur. Unde queritur utrum  
 letitia inepta sit peccatum mortale. Respondetur quod quandoque est  
 mortale quandoque veniale. Primo inepte letatur quis de his que  
 ex specie sua mala sunt **Sap.** 1. Letantur enim malefecerint et exultant  
 in rebus pessimis. Tunc enim certum est quod inepta letitia sortitur  
 reatum peccati mortalis: quia tales letantur de quibus esset dolendum  
 sed de peccatis **Eccl.** 39. Qui gaudet de iniquitate deorabitur. et  
 de libro vite delebitur: hoc non fit nisi per peccatum mortale.  
 Secundo si ad securitatem assumuntur aliqua: que sibi mala  
 sunt vel vergunt in nocentum proximi vel in contemptum dei  
 Tertio si quis ad talia ita vehementer afficitur quod anteponeat ea  
 dilectioni dei et proximi: liquet quod peccat mortaliter. Quarto si



## Scrinio

quis inepte letatur a scurrilitatez exerat nec tñ contra caritatē dei est a proximi veniale est. Secundi sunt qui in gula excedunt. Unde queritur vtrum gula sit peccatum mortale: responde tur hñ sanctum Thomā. q. 14. q. si delectationi gule inhereat homo tanq̄ sim̄ propter quem ille contemnit deum paratus a tra p̄ceptum dei agere vt delectationem huiusmodi assequatur tunc est p̄ctm mortale. Si vero in gula sit ordinatio hñ ea que sunt ad finem vt pote quia nimis concupiscit delectationes cibarioz sed non propter hoc paratus est facere aliquid contra legem dei sic est veniale. Terci sunt qui se factis luxuriosis vel in mundis cogitationibus inquinant. Unde queritur vtrum omnis adus luxuriosus sit peccatum mortale. Rñdetur q̄ sic: excepto federe matrimoniali. vnde de hoc dñ in decret. Ad meretrices accedere diuinitus prohibitum est. 32. q. 4. Meretrices. Item queritur vtrum morosa delectatio sit peccatum mortale. Respōdetur q̄ sic quando sit cum consensu vel cum plena ratione: vnde nimis periculosum est morari in turpibus cogitationibus. quia facilliter ex hoc peccatum mortale nutritur qd probat Joh. in cano. suatum diat. Concupiscentia interiorum carnalitatū delectatio cum conciperit subaudiendo consensum rationis pari: peccatum mortale. Item querit que est differentia inter assensum morosum a interpretatiuum. responde tur hñ sanctum Thomā. Consensus interpretatiuus est qñ ratio et intellectus videt qd malum est et periculosum immorari tali delectationi a non expellit. tunc consensus quasi supernem̄ a tunc negligit expellere qñ per digitos quis videt. Sed verus assensus est qñ plena ratione in moratē huius delectationi a vult delectari in ea si postmodum actum intendit facere tunc committit peccatum mortale. Notandum hñ Durandum tunc persone in matrimonio iuncte possunt morose delectari a possit sic sequi pollutio. Item Thomas a Durandus dicunt qd morosa delectatio cum cōsensu rationis potest cōmitti in omnibus peccatis mortalibz in superbia gula &c. Quarta sunt qui exuunt a induunt se propriis vestibus scz masculini sexus et induunt se femine sexus et e contra. Unde queritur vtrum licet mulieri vti veste virili. responde tur hñ sanctum Tho. 2. 2. q. 169. qd non. Nam cultus extrior conpetere debet conditioni persone hñ cōmunem consuetudinez. a ideo de se est vitiosum qd mulier vti veste virili vel econuerso: qd specialr̄ phibitum est in lege Deutro. vbi dñ qd nō induet veste virili vel e contra. a ratio est hñ glo. qd gentiles tali mutatiōe habit9 vtebant ad ydolatrie



superstitionē: ideo qui talia agūt potius sunt ydolatre q̄ xpiani  
 Itē aliqui induunt loricas ⁊ mutant se in bestias ⁊ qd̄ prius est  
 aliqui mutant se in demones ⁊ tales hoīes ostendunt se bestiales  
 ⁊ demonū esse seruitores Math. 6. Nemo potest duobus dñis s̄  
 vnde dī in decret. Gestus corp̄is qualitatem indicant mentis  
 dis. 41. Clericus. Quinti sunt chorifantes. nam in illo tpe carnis  
 priui solent homines choreas ducere in quibus quotiens vnuz  
 saltum faciunt in chorea versus infernum totiens saltant Aug⁹  
 Omnis saltus petulantie ruit in profunduz cloacę. Vnde querit̄  
 v: ruz ducentes choreas illicitas peccant mortaliter. Responde  
 q̄ sic siue in festis siue in p̄sētis: si hoc faciunt causa motandi ad  
 libidinem se vel alios. Si quis vel aliq̄ non corrupta intentione  
 aliq̄n se immisceat choreis non est peccatum mortale. Sexti sunt  
 qui exercent ad torneamenta. Vnde queritur vtz torneamenta  
 facere sit mortale peccatum: r̄ndetur h̄m Gwillhelmū q̄ mortalr̄  
 peccant qui faciunt contra prohibitionem ecclesie. Si autem nō  
 essent prohibita ⁊ fierent causa discendi vsū armorum ad in  
 pugnandum infideles ⁊ ad defensionē patrię vel reipublicę nec  
 esset peccatum: et intellige h̄m Hostien. q̄ prohibita sunt. quia  
 mortes aie ⁊ corporis in eis immineant. nam debet cogitare hoc  
 euenire posse. Querit̄ q̄ est pena pugnatiū in torneamētis. r̄ndet̄  
 h̄m Ray. Pena est q̄n aliquis aliquem occiderit reus homicidii  
 ⁊ irregularis erit: quia ludus talis est noxius ⁊ illicitus: et ideo  
 quicquid ex eo sequit̄ s̄. Itē qui in torneamento moritur non  
 debet sepelin in ecclesia: ⁊ vt Hostien. dicit. Si quis etiā letale  
 vulnus acceperit licet postea superuixerit qui q̄uis peniteat ⁊ et  
 eucaristia non denegetur. carebit tamen ecclesiastica sepultura  
 extra de tornea. c. 1. Septimi sunt qui fallunt imperatores reges  
 papam ep̄os et omnes qui talia agunt. postposito omni timore  
 dei puniuntur quandoq̄ hic ⁊ in futuro. Ad tertiam partē  
 sermōnis nota q̄ presens tps̄ exili ⁊ mundus nominatur vallis  
 lacrimarum. in quo mundo quilibet facit omni die vnā dietā  
 ad mortem. ideo magis esset in presenti tpe eundū ad flendum  
 q̄ ad ridendum Aug⁹. In valle miserie sumus in quo est fletus  
 qui debeamus esse in celo vel saltez in celesti paradiso: vnde etiā  
 Greg⁹ super Ezechiel. Quid est quod in hoc mundo nos libeat  
 vbi ludus. vbi gemitus inspicim⁹. destructe vrbes. euersa castra  
 depopulate ciuitates. agri in solitudinem redacti: alios in capti  
 uitate duci. alios detrueri videmus. alios interfici. Quid est



## Sermo

quod in hac vita libeat fratres mei: si saltem mundū diligimus non gaudium iam sed vulnera amamus, Ultimo nota exemplū qđ scripsit Iohes nider in quodā sermone qđ semel erat quidam in die carnispruii in ciuitate lucana que tunc erat in flore ⁊ ipsi fecerunt multa socialia. Inter alia per tractum aliqui fecerunt sibi papam aliqui imperatorem aliqui regem france ⁊ aliqui dñm de lucana ⁊ ille erat sup p̄dictos: qui stans in culmie misit pro illo qui erat loco pape vt veniret ante eum ⁊ faceret sibi reuerentiaz qđ factum fuit. ⁊ sicut p̄o imperatore ⁊ aliis regibus et illi similit̄ fecerunt. quo factō dñs lucan⁹ ait. Est ne maior dñs in terra qđ iste. ⁊ sponsum est ei qđ sic. ⁊ dixit. Quis est ille. responderunt. Xpus est. cui dñs lucanus dixit. Vbi est ille: dictum est ei qđ in ecclesiis xpianorum moratur: uocauit domicellos suos ⁊ dixit eis. Ite per omnes ecclesias ⁊ citate xpm qđ coraz me compareat qui iuerunt ⁊ vnum sacerdotem paratum ad missam inuenerūt ⁊ duxerūt eum vt dño de lucana reuerentiaz faceret. Quid plura anno illo diuisa est ciuitas et extunc de malo in peius se habuit ⁊ ultra parū tempus plus qđ quinqz vicibus est vendita. ergo cessate a xpi illusione si nō vultis illudi a deo et puniri. Exemplū qđ chorifantes ⁊ cantantes terra absorbit. quere in p̄mptuario.

## Dominica prima ad Corinthios. in Epistola

**R**atres rogamus vos ne inuacū gratiam dei recipiatis: ait em̄. Tpe accepto exaudiui te et in die salutis audiui te. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis: nemini dantes vllam offensionē ⁊ vt non vituperetur ministerium nostrum: sed in omnibz exhibeam⁹ nosmetipsos sicut dei ministros. In multa patientia in necessitatibz in angustiis in plagis in carceribz: in seditionibz in laboribz in vigiliis in ieiuniis in castitate in scientia in longanimitate in suauitate in spiritu sancto in caritate non ficta in verbo veritatis in caritate dei. Per arma iusticie a dextris ⁊ a sinistris p̄ gloriā ⁊ ignobilitatē per infamiā ⁊ bonam famā vt seductores: ⁊ ecce veraces sicut qui ignoti ⁊ cognoti: quasi morientes ⁊ ecce viuim⁹ vt castigati ⁊ non mortificati: quasi tristes. semper autem gaudentes: sicut egentes. multos autem locupletantes: tanqz nihil habentes ⁊ omnia possidentes.

## Sermo. xiiii. super epistola precedenti



xi.ii

**D**

**D**atamur vobis. 2. Cor. 6. Si quis mutuo bonum equum vel aliud animal accepisset ad laborandum vel ad lucrum sibi acquirendum et inde lucrum sibi reportare posset fatum esset si non assidue cum illo laboraret et ut tale lucrum eternum possideret. Carissimi nos gratiam a deo tanquam quoddam mutuum accepimus: nam secundum Augustinum de civitate dei libro 8. capitulo 22. Gratia nobis presentatur qua iustificamur a peccato et perducimur ad regnum. Est enim illud mutuum necessarium quia sine eo nihil mereri possumus. Augustinus in libro de natura et gratia, Desiderare hoc auxilium quo solo homines liberantur a malo: sine quo profectus nullus siue cogitando siue volendo et amando siue agendo faciunt bonum. ymo sine gratia nullus salvari potest Augustinus de natura et gratia christi. Gratia sine qua nec infantes nec etate grandes salvi fieri possunt non ex merito redditur: sed gratis datur propter quod gratia vocatur. unde dicit Augustinus. Exhortamur vos etc. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda que tangunt in presenti epistola. Primo de utilitate gratie. Secundo de illo sacro tempore quadragesime. Tertio de conversione peccatorum cum vno exemplo. Ad primum sciendum quod gratia est anime hominis utilis et summe necessaria. Primo quia ipsa vivificat. Quilibet enim animal vivit in elemento sibi proportionato ut bestia in terra. piscis in aqua etc. sic ipsa anima vivit in divina gratia: quia est spirituale ipsius anime: nam extra gratiam non habet esse spirituale. ideo dicebat Augustinus. Gratia dei sum id quod sum. et ideo quod anima est in gratia opera sua sunt vite eterne meritoria et vivit. Secundo quia animam confortat. nam gratia datur in remedium contra peccata et in adiutorium et in meritum unde dicit quidam sanctus pater. Nil est preciosius et speciosius gratia. nam speciosiores sole et splendoras facit animas. Nihil est utilius in presenti vita: quia replet animam thesauro virtutum et bonis operibus. Tertio illuminat animam ad contemplandum deum in hac vita. unde Fulgentius in quodam sermone. Sicut radius solaris subito illustratione sua totum mundum illuminat: sic divina gratia subita visitatione totam illuminat mentem. Sicut enim cristallus ex omni parte sua luce est purior et splendidior: sic divina gratia animam quam illuminat ex omni parte facit splendidam. Sed heu multi sunt qui in hoc statu anime se nolunt continere sed descendunt in tenebrosam vallem peccatorum ubi spoliati sunt omni bono spirituali. huius figura habetur in Luca 10. Homo quidam descendebat a iherusalem in ihericho et incidit in latrones. Item fuit quedam civitas nobilis et potest signare celestem patriam ad

*ad Corinthios in 1. epistola. Capite decimo quinto.*

*Lucas cap. 10.*





## Sermo

quam homo tendebat cum esset in gr̃a. ab hac quidez descendit  
in ihericho que interpretatur defectus: & bene descendit. quia via  
peccatorum semper est in descensu: sed via gr̃e est in ascensu. sic  
qñ homo descendit per continuam peiorationem tunc incidit in  
latrones. & angelos tenebrarum qui primo ad animam veniunt  
per suggestiones malas: intrant per consensum. & obsident per  
consuetudinem & obstinationem in peccatis. quia tunc spoliant  
eam qñ gratiam virtutes & merita. & bona opera auferunt. & nō  
solum ipsum hominem spoliant. sed etiaz plagas inferunt. quia  
diuersis pct̃is ipsum vulnerant. tunc etiam habuit tot vulnera  
quot peccata sed abeunt ipso semiuuo relicto. quia totaliter nō  
possunt ipsum occidere. Nam quantumcumq; homo peccator est  
non tamen priuatur arbitrio mediante quo sibi potest conficere  
medicinam scz penitentia & reuiuiscere in gratia: sed non sumat  
medicinā penitentie & obstinatur & sic in peccatis moritur. tunc  
proiicietur in profundum inferni ubi erit miseria sine fine.

Quantum ad secundam partem dicit hic Ap̃l̃s. Ecce nunc tps  
acceptabile: hoc d̃r̃ h̃m Gwillerinum ad differentiam temporis  
quod est extra quadragesima. Tempus enim quadregime est  
acceptabilius ad lucrandum & negocia anduz alio tempore anni  
Et hoc tripla ratione. Prima quia campores inueniuntur scz  
penitentiani parati ad audienduz confessiones: qd non accidit  
ita cōmuniter aliis t̃pibus anni. Et attende q̃ felix cōmutatio  
fiat in foro penitentiali. Vilissima em̃ est moneta quaz app̃tat  
peccator & preciosissima est gratia quaz reportat penitens. Pct̃a  
enim sua dimittuntur ibi. gratiam & misericordiam inuenit ibi  
In anima peccatrix peccata tua ibi deponis et sanitatem induis.  
Circa hec attendenda est stulticia quorundaz qui gr̃am dei inde  
optant reportare & peccata sua ibi nolunt dimittere per firmuz  
propositum non peccandi amplius. Tales enim non attendunt  
qualis moneta sit peccatuz. Prius enim dimitterent si veraciter  
agnoscerent q̃ noxia sunt pct̃a. Mat̃h. 18. Si oculus tuus scan  
dalizat te erue eum & non agnoscunt tales q̃lis moneta sit gr̃a  
qua regnum celorum haberi potest. Si veraciter hanc monetam  
agnoscerent. libentissime absq; dubio peccata sua propter illam  
dimitterent. Secunda ratio est quia in q̃dragesima quasi in nun  
dimis dei venalia abundantius exponunt. & cui non placet vnū  
placet aliud. Predicatio enim est expositio venalū. dicit Aug̃  
in persona xpi. Venale habeo. quid. regnum celoꝝ. Quo em̃ t̃  
p̃o: paupertate regnū. dolore gaudiuꝝ. labore quies. ignominia

Melchior  
capitulum



**iiii**

gloria. morte vita: precipuū venale qd̄ in istis nūdinis exponit̄  
 est regnum celozum Math. 18. Tu aut̄ vade ⁊ annuncia regnū  
 dei. Hoc autem regnum preualet omnibus bonis huius mundi  
 Quarta ratio quia in q̄dragesima facili⁹ inuenitur illa moneta  
 qua regnum celozum emitur que sunt vigilie orationes ieiunia  
 elemosina. Aliquis facili⁹ ieiunat sex dies in quadragesima q̄  
 post pascha feriā sextam in ebdomada. Aliqs̄ em̄ in q̄dragesima  
 dicit vnū psalteriū vix post pascha potest dicere septez psalmos  
 ⁊ qui surgebat ad matutinas vix post pascha surgit ad missas.  
 Quid autem precipue emendum est in istis nūdinis dicit Joh̄  
 ap̄ls. Suadeo tibi emere aurū ignitum ⁊ probatur⁹ vt locuples  
 fias. Sunt aliqui qui in nūdinis istis plumbum vel argentum  
 emunt. Illi plumbū emūt qui bona opera in mortalib⁹ faciunt  
 Opera em̄ talia ad modū plumbi sunt ponderosa et nō preciosa  
 Argentum vero emunt qui sapientiaz huius mundi sectantur  
 Argentum enim non putabat̄ alicui⁹ precii tpe salomonis. 3.  
 Reg. Et sapientia h⁹ mundi stulticia est apud deum. 1. Cor. 2.  
 Aurum aut̄ emunt qui sapientiaz sectantur que est dei dilectio  
 Eccl. 2. Dilectio dei honorabilis sapiētia. Sciendū q̄ dyabolus  
 habet etiam negociatores suos sicut de⁹ suos: sed sunt multum  
 dissimiles. Primo in hoc q̄ qui emit a dyabolo cū emit letatur  
 ⁊ post sequitur tristitia vt patet de peccato fornicationis de quo  
 dicit Ihero⁹ q̄ appetitui eius ānera est penitētia. Vnde quidā  
 dum temptaretur a peccato carnis abscidit sibi linguā vt vehe-  
 mentia doloris expelleret vehementiā temptatiōis: ⁊ ait. Absit  
 vt tanta emam vnde penitēā ⁊ econtra. Qui emit a dño primo  
 tristatur ⁊ post sequitur leticia Proverb. 2. Malum est malum  
 est. dicit omnis emptor ⁊ cum recesserit gloriat̄. Duplex malum  
 est in emendo regnum celoz. Primo quia oportet multuz pati  
 Actu. 4. Per multas trioulatiōes ⁊. Secundo multa bona facere  
 Math. 20. Voca operarios ⁊ redde illis mercedem suam: vnde  
 Leo papa in sermōe. Non dormientibus peruenit regnū celoz  
 nec ocio ⁊ desidia torpentibus beatitudo eternitatis dat̄. Secdo  
 dissimiles sunt. quia qui emit a dyabolo depauperatur, Perdit  
 enim primo deum: secundo regnum: tercio paternitate ecclesie  
 quarto participationem oim̄ bonozum ecclesie Ps. Particeps  
 ego sum oim̄ timentium te: quinto propria bona si aliqua fecit.  
 sexto pdit semetipm̄. Transit em̄ in seruitutez dyaboli Math. 6  
 Nemo potest duobus ⁊. Sed qui for̄ facit cum deo semp̄ lucrāt  
 Math. 5. Qui perdit animam suam propter me inueniet eam.

e z

*Salmo centesimo decimo octauo*



## Sermo

Quicumque enim erit regnum celorum modicum videbitur dedisse  
tunc regnum celorum possidebit Canticum vltimum. Si dederit homo omnem  
substantiam anime sue pro dilectione quasi nihil despiciet eam  
sequitur. Nunc dies salutis. Vbi notandum quod isto sacro tempore  
popule debemus conari ad hoc quod ad portam salutis perueniamus  
et ad hoc mouent nos plura. Primo quia deus tali tempore creauit  
celum et terram. Valde igitur est ingratus qui isto sacro tempore pro  
dei amore non facit aliquod bonum: cum deus tali tempore pro ipso  
homine tot et tanta fecerit. Secundo mouemur per creaturas que  
cessauerunt operari in hyeme. Nunc vero cessante impedimento  
incipiunt operari ut patet in terre nascentibus et in animalibus  
Crescunt dies et lumen et calor eorum ut crescimus exemplo eorum  
Lumen enim sapientie in te seorsum crescere debet. et ad dilectionem  
debes attendere. Mouemur etiam ad idem exemplo christi qui tempore  
isto tot et tanta fecit pro salute nostra Bernardus. Qui me tantum et  
Inde est quod tempore isto quo dominus laborauit pro salute tua quod  
tu negligas in vineis operari pro salute tua. Iusticia enim dei re  
quirit ut homo adultus salutem non consequatur nisi per se etiam  
ad hoc operetur Augustinus. Qui fecit te sine te: non iustificabit te sine  
te. Ad hoc autem quod aliquis saluet animam suam precipuum est  
desiderium vel amor proprie salutis. Nec est maior causa quare  
damnantur homines: quia non amant suam propriam salutem  
nec pro ea laborare volunt. Deus enim vult homines saluos facere  
et in signum illius dies quadragesime dicuntur dies salutis. quia  
nisi fuissent dies isti totus mundus fere iret ad perditionem. unde  
multis expediret ut ante pascha morerentur antequam rediuerent  
Reuera magis periculum est male viuendi quam cito moriendi. De  
facili enim saluarent homines animas suas. ergo tempus illud qua  
dragesime dicuntur dies salutis. Quantum ad tertiam partem  
sermonis sciendum quod quilibet peccator debet isto sacro tempore  
misericordiam dei querere Psalms 34. Querite dominum dum inueniri  
potest. Jam enim prope est et misericors omnibus peccatoribus  
corde eum inuocantibus Iohannes. 2. Conuertimini ad dominum deum  
vestrum qui benignus et misericors est. nam ipse dicit Ezechiel. 18.  
In quacumque hora ingemuerit et. Unde nos videmus quod quoniam aliquis  
offendit aliquem potentem diuitem multum optat tempus in quo  
posset eum propitium inuenire: et hoc est presens tempus penitentie  
et misericordie in quo debemus credere quod ille qui magnam misericordiam  
exhibuit pluribus peccatoribus in hoc sacro tempore paratus sit  
cuiuslibet peccatori omnia peccata sua misericorditer indulgere.



**liiii**

In signum huius deus dicit cui libet aie peccatrici illud Cantu. *Capit 6*  
 Reuertere reuertere sunamit? *re.* Primo dicit reuertere propter  
 omnes sanctos & angelos in celo existentes qui omnes desiderant  
 conuersionez tuam & expectant te Lu. 15. Gaudium est angelis  
 dei sup vno peccatore pñiam agente. quod si feceris ab omnibus  
 amicis tuis te deserentibus in maxima necessitate ipsi tibi succurrunt.  
 & aiam tuam cum gaudio ad celum pducunt. Secundo reuertere  
 ad honorez sanctissime matris mee que sepius te excusauit apud  
 me que nunq̄z ceare pro te desinit. quia vt dicit Bern. Ipsa em̄  
 peccatores toti mundo despectum ampleditur & defendere non  
 desinit donec filio cum reconciliauerit. Tercio reuertere ad con-  
 fusionez demõnũ vt quos peccando letificasti penitendo confundas  
 & securus existas amplius in omni vita tua & in morte tua. quia  
 nunq̄z damnaberis si sic in penitẽtia & gratia perseueraueris. q̄a  
 ab initio mundi vere penitentes nunq̄z mala morte moriunt nec  
 mortui sunt. quacunq̄z morte moriat penitens siue in mēsa lecto  
 eāpo aqua igne siue occidat siue subitanea morte moriat: male  
 mori nõ p̄t Sap. 4. Justus qua morte p̄occupatus fuerit in refri-  
 gerio erit. nam ipsi demones in inferno habent diuersa genera  
 hominum clericos religiosos nobiles ignobiles ciues ruiticos:  
 diuites pauperes filios & filias &c. h̄ vere penitentes & innocentes  
 illa genera hominũ non habent. quia tales illuc non peruenerunt  
 nec ibi reperiuntur. Quarto dicit reuertere ad honorez & amores  
 meum qui te creauit ad imaginem & similitudine meam cum no-  
 esses & te super omnes creaturas nobilitauit: quia s̄m Aristotile  
 Nobilissimum animaliu est homo: quia inter omnia animalia  
 solus habet rationem. Item ianuam celi aperui vt intrare possis  
 & multa beneficia in preienti exhibui. reuertere ad me & ego sus-  
 scipiam te. quod si feceris honorabo te coram patre meo in celo.  
 & in omnibus sanctis & angelis. ergo qui vult bene mori et salu9  
 fieri penitentiaz isto tempore agat. vnde ipsa pñia misericordiã  
 operatur in celo & in terra Aug9. De penitentia omnia ligata tu  
 soluis: omnia desperata tu reformas. padulum tu reseras: tu es  
 rutilantior auro: splendor sole Ysidor9. de summo bono li. 3.  
 Penitentia est medicamentum vulneris: spes salutis per quam  
 peccatores saluantur: per quam deus ad misericordiã prouocat  
 que non tempore pensatur: sed profunditate fletus & lacrimarũ  
 Vnde querit vtz de omni peccato quantũcunq̄ magno possit  
 agi penitentia. rñdetur s̄m Petruz. 4. senten. q̄ sic: quia hec est  
 differentia spiritus vni carni & separati: quia ille susceptibilis

*Lucee Cap. 15.*

*Santo Bernardec.*

*Sapient. Epist. 4*



## Sermo

penitentia et iste non. hinc est hinc Damascenum quod de omni peccato commisso a spiritu in carne existente quod diu in carne est potest agere penitentiam: post separationem vero non. et hec est fides catholica quod per penitentiam remittitur omne peccatum. de hoc dicitur in decretis quod per penitentiam deletur omne peccatum de pe. dis. 3. Insuper est vnde dicitur articulus fidei credere remissionem peccatorum. Ex dictis patet quod omnes desperati non habent fidem veram. hinc imitatores sunt iudei perditoris qui desperavit et seipsum suspendit vnde dicitur in decretis. Judas a venia non exclusus fuisse et si ipsa a christo postulasset de pe. dis. 5. Et iterum, Ultimo nota exemplum de illo qui niger ecclesiam intravit et clarus exiit. quere in prom. ptuario. 113.

## Dominica secunda ad Thessaloniceis. *Capit. 4.*

Ratres. rogamus vos et obsecramus in domino ihesu ut quemadmodum accepistis a nobis quomodo vos oporteat ambulare et placere deo: sic et ambulatis ut abundetis magis. Scitis enim que precepta dederim vobis per dominum ihesum. Hec est enim voluntas dei sanctificatio vestra ut abstineatis vos a fornicatione ut sciat unusquisque suum vas possidere in sanctificatione et honore. non in desiderii passione sicut et gentes que ignorant deum. et ne quis supergrediatur: nec arcuueniat in negotio fratrem suum: quoniam vindex est dominus de his omnibus sicut prediximus vobis. et testificati sumus. Nos enim vocauit nos deus in immundicia sed in sanctificatione in christo ihesu domino nostro.

## Sermo. xv. super epistolam

Et est voluntas ad Thessal. 4. Sicut seruus sperans remunerationem a domino suo cauet ne eum aliquando prouocet ad iracundiam: et diligenter studet obtemperare voluntati sue. ita necesse est ut nos obtemperemus eius voluntati si per ipsum regnum celorum quod nobis promisit volumus adipisci. *Matth. 2. capit. 12.* Quicumque fecerit voluntatem patris mei et ergo dicit apostolus. Hec est voluntas dei. Vnde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo de voluntate et operibus eius. Secundo de fornicatione vitanda Tertio de fraude eumentium et vendentium cauenda cum vno exemplo. Ad primum. queritur utrum voluntas dei semper impleatur et videtur hinc sanctum Thoma. 1. q. 19. quod necesse est semper voluntatem dei impleri: quia quicquid consequatur effectum: vnde qui recedere videtur a diuina voluntate hinc suum ordinem peccando incidit in

*Matth. 2. 12.*



ordinem diuine voluntatis dum per eius iusticiaz punitur. Sed  
 contra hoc arguitur sic qd voluntas dei non semper impleat. qd  
 deus simpliciter vult hoc fit. & impossibile est qd diuina voluntas  
 frustratur. dicit enim Aplos. i. Thi. 2. qd deus vult omnes hoies  
 saluos fieri & ad cognitione veritatis peruenire: h hoc no euenit  
 ita. ergo voluntas dei non semper impletur. respondet Dama.  
 qd hoc intelligit de voluntate dei antecedente no consequente: que  
 quidem distinctio non accipitur ex pte voluntatis diuine in qua  
 nihil est prius vel posterius. sed ex parte voliti. Ad e9 intellectū  
 sciendum qd vnumqđqđ quod est bonum sicut est volitum a deo  
 potest aliquid esse in consideratioe hm qd absolute considerat bonū  
 vel malum: quod tñ prout cum aliquo coniuncto considerat est  
 consequens consideratio eius contra se habet. sicut hoiem viuere  
 est bonum. & eum occidere est malum hm absolutaz consideratioe  
 sed si addatur circa aliquem hoiem qd sit homicida vel viuens in  
 periculuz multitudinis sic bonum est eum occidere: vnde potest  
 dici qd iustus iudex antecedenter vult omnes homines viuere. h  
 consequenter vult homicidam rotari: furem suspendi &c. Similr  
 deus vult omnes saluos fieri antecedenter: & consequenter vult  
 quosdam damnari hm exigentiaz sue nature. Queritur vtrum  
 aliqd accidit a casu. respondet Elucidarius. Nihil omnino. h ex  
 vera dei ordinatione. Sed quō tunc ecclesie & edificia bonorum  
 hoim fortuitu igne inuadente quasi casu intermiant. Rñdetur  
 qd sine causa nihil fit *Job. 5.* Nihil fit in tra sine causa: vt patet  
 quia nulla ecclā sine causa in toto mundo comburit nec destruit  
 nisi prius a deo iudicetur. Contingit hoc autem tribus de causis  
 Prima si ecclesia est per iniusta constructa. Secda si inhabitantes  
 eam per immundicias eam inquinauerunt. Tercia si eam hoies  
 plus diligūt qđ eterna: sic nec hoī pecus moritur nisi dei intuitu  
 iudicetur. Item cum mors & egritudo sunt pene peccati: cur hec  
 pecora patiuntur cum per discretionez agere nequeunt. Rñdet  
 idē qd homo per ea punitur cum eoz priuatioe in mente torquet  
 Sed dicitur hoc potest esse de domesticis pecoribus. sed quid dicitur  
 de agrestibus & siluestribz. Rñdetur qd si ea egritudine vexant  
 hoc euenit a corruptioe aeris & ab his que ob peccatum hois in  
 contrarium mutantur. Queritur vtrum in omni tpe dei misericdia  
 & iusticia congregantur. respondetur hm sanctum Tho. super. 4  
 dis. 46. & concordat Albertus magn9 de mirabili scientia dei ca. 2  
 Large loquendo misericordia dī voluntas benefacēdi creature  
 Iusticia vero condecentia bonitatis sue. & sic in omni tempore est

*Job Capite quinto*



## Sermo

miseriordia ⁊ iusticia. quia in omni tpe deus facit condecentiam bonitatis sue ex voluntate benefaciendi creature Ps: Vniuerse vie do. mise. ⁊ veritas. Item iustus dñs in omnibus viis eius ⁊c Sed contra dicta arguitur. in iustificatione impii tantū apparet misericordia ⁊ non iusticia. quia ois iusticia presupponit meritū. ergo ⁊c. respondet Holhot super li. Sap. ca. 2. q. in iustificatione impii est motus liberi arbitrii et attritionis: propter qd aliqua causa iusticie videtur qd de⁹ infundit sibi grām. Simi liter est in iusticia ex pte dei qui quodāmodo debitor efficitur: penitenti per pmissionē: vnde glo. sup illud Ps. *Ut iustificeris in sermonibus tuis.* Deus hoc pmisit vt peccatoribus venias petenti largiret ⁊ sic in iustificatione impii ex vtraq; parte dei ⁊ impii iusticia ⁊ misericordia reperit. Item arguitur. paruuli baptisati cum affligunt in infirmitatibus ⁊ morte ibi in nullo apparet iusticia. qz liberati ab omni peccato non sunt debitores alicuius pene: ergo iniuste patiuntur. rñdet Holhot. Baptismus aufert carentiaz visionis dei si paruulus moriatur. non tñ aufert penalitates que naturā consequuntur ex defectu suorum principiorum mortalium peccati originalis: vñ baptismus non absoluit a reatu mortis corporee ⁊ aliarum penaz corporis. ⁊ sñ Albertum est ibi misericordia qd probatur. Misericordia dei est sub iocere penis etiā innocentē vt alii videntes magis timeant ⁊ erudiant. Hoc enim procedit de fonte pietatis boni cōmunis. sicut dicimus qd voluit xps pati ex pietate quam habuit ad omnes hoies. Queritur quare pena originalis manet culpa per sacramentū baptismi deleta. Rñdet sñ mgrm ⁊ alios doctores: ideo vt non estimaret aliud regnuz esse si tam nobile hic daret. Sedo vt plus mereamur, Tertio vt plus humiliemur. Quarto vt timor incutiat ne pcepta e⁹ facile transgrediamur. Quinto vt amicitiam dei reperiamus qua nos amat arguit et castigat. Arguitur pueri qui sine baptismo in originali pēto decedunt ppetue pro culpa alterius vident puniri ergo nulla est ibi misericordia. Rñdetur qd in illis pueris naturalia conseruant inesse ex misericordia dei Ysa. 43. Misericordia dei est qd non sum⁹ assumpti. Item Tho. 2. dis. 33. Pueri in originali pēto decedentes nihil dolent nisi de carentia visionis dei. ymo gaudent de hoc qd picipabunt multum de diuina bonitate in perfectionibus naturalibus: ideo non dolebūt nisi de carentia visionis dei. Et qz ad hoc nunq; fuerunt pportioati nec ex parte nature quia ad hoc non attingit. nec ex pte grē. qz hanc ppris actibus attingere nequuerunt. Vnde de hoc legit exemplum. si mulier non elegitur in papā vel regem non ex hoc tristat: quia nunq;



**RV**

apta fuit nec proportionata ad talem dignitatez etc. Item Petrus de palude. z. li. sententia dicit qd tales hnt felicitatem et melius est eis qm alicui hoi in hoc mundo esse potest Bonaventura sup. z. li. sententia dicit qd sic in beatis patet lua misericordia et in damnatis sua iusticia. ita in istis pueris eqle vtrūqz et hoc pro detore vniuersi

*2 Thob. 4. 4*

Quantum ad secundam partem istius sermonis dicit hic Xpls **Et abstineatis vos ab omni fornicatione: quia sicut Augustinus. Non mechaberis prohibet omnē illicitum coitum. vnde de hoc dicit in decretis. Ad meretrices accedere diuinitus phibitum est. 32. q. 4. Meretrices. Ex quo patet qd etiā simplex fornicatio scz solus cū sola est pētm mortale. Vnde hic querit vtz in tactibz osculis et h9 modi sit pētm mortale. rñdeo sicut Thob. z. z. q. 154. Osculum amplexus et tactus sicut suam rationem non noiat pētm mortale quia pnt sine libidine fieri. vel ppter consuetudinem patrie: vel ppter necessitatem aut rōnabilem causam. sed si fiant causa libidinosae delectationis sunt mortalia: nā et solus assensus in delectationem morozaz mortalis est. et addi potest etiā sicut sanctū Thob. qd aspectus libidinosus mortale peccatū est. vnde **Matth. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscētia iam mech. est eaz.** Item circa illam materiā fornicationis queritur vtrū puelle in annis puenilibus aliquid carnale cōmittentes pdunt vrginitatem: respōdeo sicut Albertum non. qz non est in eis assili deliberatio nec etas patitē talis delectationis impetum. Item querit vtz per violentiam possis vrginitatem amittere. rñdetur sicut sanctū Thob. 4. dis. 33. Que per violentiā corrumpit siue ab hoiē siue a demōe incubo vrginitatem non amittit. si inquantū potest renitit vt aseruet corpus a corruptione: vel saltem mentem a assensu. vnde de hoc dicit in decretis. Cum vrginitas sine assensu corrumpitur. meritum castitatis duplicatur. 32. q. vlti. Ad terciāz partem sermonis dicit Xpls. **Ne quis supergrediat neqz circūueniat in negotio fratres suum.** Hoc reuera dignum est ne quis supergrediatur et violentiā inferat. neqz ibi aueniat. occulte decipiat in quocūqz negotio frēm suum: hic Xpls non respōndit negociationē sed circumuentionem. Negociatio enim in se bona est et necessaria: Ordinauit enim deus vt nulla terra sibi ipsi sufficiat in omnibz. sed sibi mutuo subueniat. vnde negotiatores sunt oim ministrū dum per multa pericula latronū et fluminum in itinere transeūt. Quanti autem meriti huiusmodi negotiatores sunt ostenditur in vita spatraz. Cum quidā deuotus heremita petisset sibi a deo reuelari cui esset equalis: dictum est ei qd tali mercatori qui cum iusticia et equitate mercimonia sua vendit. Sed heu plures sunt**

*Muller: v. cap.*

*Paulus ad Thob. 4. cap.*



## Sermo

qui fraude decipiunt primos in ponderibus inaequalibus et mensuris  
et verbis mendacibus. Unde querit quid sit dicendum de illis qui  
nec emere nec vendere nouerint nisi cum mendaciis et iuramentis  
rudeo hinc Ray. Quotiescunq; causa decipiendi periurant vel  
mentiuunt scienter peccant mortaliter et tenentur ad restituendum. Item  
queritur de illo qui scienter emit rapinam vel furtum. Rudeo quod  
semper tenentur reddere etiam si aial moriat vel violenter auferat  
nec liberando alienando alteri. Ratio est. quod ipse furtum committit  
rem alienam inuito domino tradendo nec precium quod dedit potest  
reperire ab illo cuius res est. et etiam tenetur restituere anni fructus  
perceptos. et qui medio tempore perapi potest. et si fecit deteriorem quam  
ad ipsum peruenit non liberat. et idem intelligendum est de secundo et  
tercio et ultra emptore malefidei. Item querit utrum licitum sit cum  
iudeis commercium habere. Et arguitur primo quod sic. quia ecclesia  
permittit eos nobiscum commercari et non possunt vivere quin vendant  
ipsis necessaria. respondet Henricus in tractatu de tractibus quod  
christiani possunt eis vendere necessaria vite sed non pro pecunia nisi  
essent aliunde potentes ad satisfaciendum illis quorum est pecunia  
usuraria. Constat autem quod bene possunt nobiscum morari sine hoc quod  
vendant eis necessaria vite pro tali pecunia cum non debeant habere  
talem pecuniam nec de tali vivere. sed vivere de laboribus vel de  
bonis cuiuscunq; iuste possessis seu habitis pro quibus possunt emere  
vite necessaria. et ideo dicit. Neque quoniam ipse iudeus cum usuraria pe-  
cunia emit panem carnes pisces etc. vel aliud talium cuius usus est  
assumptio et ipse superflue et deliciose sumit ut communiter fit de  
iudeis. illicitum est cuique homini christiano habere commercium cum aliquo  
tali iudeo nisi restituat rem usurariam eo quod cum tali iudeo com-  
mercium habens occasione damni proximo prebet sed cui res usuraria  
debetur siue tenetur. alias facit contra preceptum de dilectione proximi  
hec ille. Querit utrum cum iudeis licitum sit laborare vel precium  
ab eis recipere qui nihil habent preter usuram. Rudeo idem quod talis  
qui laborat iudeis in licitis et honestis in quibus iudeus aliquam  
consequitur utilitate que utilitas compensatur cum pretio quod dat  
laboranti talis iudeus cum non sit pauprior propter precium datum vel  
magis impotens ad satisfaciendum illis quibus tenetur ad restitutionem  
in tali casu vel similibus licitum est recipere precium de pecunia  
usuraria sicut cultores agrorum et vinearum. Sed ubi iudeus dando  
precium sit impotens ad restituendum ut sit dum dant his qui laborant  
ipsis pueros lactando. vestes sartiendo. vel calceos preparando.  
quibus nulla opera impendunt. ex quibus surgit talis utilitas que



xvi

compensari posset cum p̄cio non est licitū ab aliquo recipere tale  
 precium et per consequens nec eis laborare nec seruire: hęc ille.  
 Item queritur de illis qui ludunt cum iudeis. R̄ndit q̄ lusores  
 qui lucrantur a iudeis tenentur restituere eis a quibus ipsi iudei  
 pecuniam per vsuras extorserunt. si non possunt tales sciri quibus  
 sit restituenda illa pecunia: tunc in foro conscientie tenetur illā  
 pecuniam dare cum consilio sui confessoris in pios vsus. sequitur  
 Qm̄ deus vindex est de omnibus his, Vindex est deus. vltionē  
 querit. vnde d̄r in ps̄. Deus vltionum d̄ns. hęc xp̄us ostendit  
 qm̄ vendentes ⁊ ementes de templo eiecit. Vnde hic querit vt ⁊  
 in xp̄o sint motus ire: respondet Lucidarius q̄ in deo non sunt  
 tales motus ire: quia vt scriptum est de eo oia cum tranquillitate  
 iudicat: sicut cum malos punit irascitur eis qui hęc patiuntur.  
 Vltimo nota exempluz de infinita dei misericordia quō seuifer  
 qui dedit seipsum dyabolo propter filiam sui domini: ⁊ sanctus  
 basilius reduxit eum ad p̄niam. quere in promptuario. 122.

**Dominica tertia ad Epheseos.**

Ratres. estote imitatores dei sicut filii carissimi: et  
 ambulate in dilectione sicut ⁊ xp̄us dilexit nos et  
 tradidit semetipsum pro nobis oblationē ⁊ hostiā  
 deo in odorem suauitatis. Fornicatio autem ⁊ omnis im-  
 mundicia aut auaricia nec nominetur in vobis sicut decet  
 sanctos. aut turpitudine. aut stultiloquium: aut scurrilitas  
 que ad rem non pertinet sed magis gratiarum actio. Hoc  
 enim scitote intelligentes q̄ omnis fornicator aut immōs  
 aut auarus qd̄ est ydoloꝝ seruitus non habet hereditateꝝ  
 in regno xp̄i ⁊ dei. nemo vos seducat inanibus verbis pro  
 pter hoc venit ira dei in filios diffidētie. Nolite ergo effici  
 participes eozū. Eratis enim aliquando tenebre. nunc aut̄  
 lux in domino vt filii lucis ambulate. Sicut enim iudis  
 est in omni bonitate ⁊ iusticia ⁊ veritate.

**Sermo. xvi. super epistola precedenti.**

Stote imitatores ꝛc Eph. 5. Quia modo fideles xp̄iani  
 viam celestis regni per penitentiaz sunt aggressi ⁊ sunt  
 in progressu. ideo ne erremus hortat nos Ap̄ls vt xp̄m  
 imitemur di. Estote ꝛc. Vnde in p̄nti sermone tria sunt dicenda  
 Primo quō debemus imitari xp̄m. Secundo de his qui scurrilia  
 verba proferunt. Tercio de temporibus nostris cum vno exem-  
 plo. Ad primum sciendum q̄ nullum iustius ⁊ tutius ⁊ nullum



## Sermo

gloriosi⁹ ⁊ fructuosi⁹ imitamur q̄ xp̄m. q̄ ipse datus est nobis  
in exemplum. Perfectissimus est. quia in eo totius perfectionis  
normam inuenies. si perfectione⁹ humilitatis requiris. Ecce sum  
inquit vermis ⁊ non homo. si paupertatis. Vulpes foueas hñt ⁊  
si caritatis. Maiorē caritatem nemo habet ⁊c. si obediētie. fact⁹  
est obediens vsq; ad mortem. si patientie: quia cum pater ē nō  
cōminabatur. si totius pietatis ⁊ misericordie. pro suis crucifixorib⁹  
orauit dicens. Pater ignosce illis. vnde. Plenum gr̄a ⁊ veritate  
Perfectionis ⁊ sanctitatis non solum plenum sed superfluentē  
De plenitudine eius omnes accepimus gratiaz ⁊ gl̄am Aug⁹  
de vera religione. Tota vita xp̄i in terris quaz per hoīem gessit  
disciplina morum fuit. vnde Ysid. ethimolo. Non se gloriatur  
xp̄ianum qui nomen habet absq; re. Ille est xp̄ianus qui fact⁹  
xp̄ianum se oñdit ambulās sicut et xp̄s ambulauit a quo nomē  
contraxit Amb. Dia habemus in xp̄o. Si auxilio indiges virt⁹  
est. si mortem times vita est. si tenebras fugis lux est. si abū q̄ris  
alimentum est. gustate et videte. Item sciendum q̄ crucē xp̄i  
diuersimode multi portant. Primi hanc portant cum symone  
cireneo: ⁊ sunt illi qui portant crucē siue iugum penitentie cū  
tedio ⁊ non voluntarie sed cum labore: quam crucē penitentie  
siue religionis ⁊ laboris nequaq; portarent si cōmode subter fu-  
gere possent. Secundi portant crucē tribulationum ⁊ miseriā  
⁊ afflictionuz cum latrone pendente in sinistra pte xp̄i qui ppter  
demeritum suum in populo seditione⁹ conatauit ⁊ homicidium  
fecit ⁊ ideo in crucē posit⁹ fuit. sic multi propter peccata sua que  
demeruerunt apud deum siue apud homines tribulati ⁊ vexati  
⁊ patiuntur vt eorum afflictio inapiat hic in p̄senti ⁊ in futuro  
puniat eternaliter Iher. 27. Duplici contritione conterere eos  
dñe deus noster. Tercii portant crucē afflictionis ⁊ miserie cū  
latrone dextro qui licet crucē ex delicto meruerunt hic tamen  
patienter sustinuerunt. quia xp̄m iuxta se pendente⁹ innocenter  
vident di. Nos quidem digna fact⁹ recipimus: et tales habent  
innocentē mortem xp̄i pre oculis qui tot ⁊ tanta sustinuit nec tñ  
vllum p̄ctm fecit. 1. Pe. 2. Qui peccatum non fecit ⁊c. Si passio  
xp̄i ad memoriā reuocetur nihil est qd nō equo aīo tolleretur  
Quarti portant libenter crucē siue afflictionis ⁊ miserie. ⁊ sunt  
illi qui multa sustinent patienter ⁊ letanter. ⁊ penā quā sustinēt  
nō merent. quos de⁹ pater cum xp̄o ihesu quotidie crucifigi ⁊  
mortificari p̄mittit ⁊ tanto magis honorabit eos in celo vbi erit  
inestimabile gaudium. Ihero⁹ in epla. Nullus labor durus. nullus



tempus longum videri debet in quo gloria eternitatis acquirunt  
 Aug<sup>9</sup>. factus possumus dicere in illa patria quod ibi desit mors.  
 non est ibi lux<sup>9</sup>. non est infirmitas: non fames. nulla sitis. nullus  
 estus. nulla melitica. nulla tristitia. sequitur. Sicut filii carissimi  
 Gwillerinus. Licet omnes homines sunt filii per creationem. tamen  
 hic tria genera hominum specialiter dicuntur filii dei. Primi qui  
 diligunt inimicos Math. 5. Diligite inimicos vestros. Secundi  
 sunt paucissimi Math. 5. Beati paucissimi etc. In iudicio esto pupillus  
 misericors ut pater: et eris tu sicut filius altissimi obediens et mi-  
 sererebitur tibi magis quam mater. sequitur. Et ambulate in dilectione  
 sicut Christus dilexit nos. Vbi sciendum quod deus diligendus est super  
 omnia. quia nulli creature tantam dilectionem ostendit sicut homi-  
 ni: quod creaturas super omnes scilicet angelos non redemit. Item inferiores  
 creaturas in mundo existentes et viuentes scilicet animalia et volucres  
 non ordinavit ad gloriam eternam per capiendam: sed mediarum  
 creaturam scilicet hominem redemit sua amara morte et ad gloriam  
 eternam ordinavit cum nos tam ardentem dilexerit. sic quod nos super  
 omnes creaturas: immo quod magis est super seipsum dilexit Bern.  
 Si non dilexisset me plus quam se non dedisset se pro me. ideo debemus  
 ipsum super omnia diligere etiam plus quam nos ipsos sic quod sue dilectioni  
 nihil proponamus nec patrem nec matrem nec uxorem nec pueros  
 nec divitias nec honores nec quicquam in celo et in terra creatum. sed  
 ipsum proponamus omnibus rebus creatis: et sic erimus filii et cohe-  
 redes Christi Aug<sup>9</sup>. Immensus es domine et sine mensura debes amari  
 ab his quos pro solo sanguine redemisti. Quantum ad secundam  
 partem dicit Apostolus. Fornicatio aut turpitudine aut turpiloquium  
 aut scurrilitas nec nominetur in vobis. Vbi sciendum quod plures  
 sunt qui verba luxuriosa et scurrilia proferunt per que proximos  
 scandalizant et ad malas concupiscentias provocant et in hoc deum  
 graviter offendunt. et cum tales corrigantur. dicunt ore quod tamen  
 est falsum Crisostomus super Math. Quale cor: unusquisque habet talia  
 verba loquitur et talia opera facit Aristoteles. 4. Ethic. Qualiter  
 unusquisque est taliter loquitur et facit. Ex his sequitur quod qui talia  
 proferunt siue viri siue mulieres siue virgines in hoc se habent impu-  
 dica ostendunt cor da Psalms. Qualis sermo proferit: talis et animus  
 comprobatur. Unde querit verum sit peccatum mortale loqui verba  
 scurrilia luxuriosa et alleciva siue iocosa. Respondet quod quando quis  
 loquitur talia verba ea intentione ut aliquem allicit ad actum malum  
 sic peccat mortaliter. sed si in ioco loquitur peccat venialiter. unde  
 dicitur in decretis. Deus iudicat verba secundum intentionem proferentium



## Sermo

Simile intelligendū est de risu cum q̄s arrideret aliquā personā ea intentione vt illam ad malam concupiscentiaz vel ad actum malum alliceret. tunc talis p̄pter peruersam intentionem peccat mortalr Lu. 6. Ve vobis qui nunc ridetis. Sed si aliq̄s arrideret aliquam personam ex quadam leuitate ⁊ ex ⁊suetudine vel admiratione vel ex ioco. tunc vix peccaret venialiter. Similiter intelligendum est de visu cum quis inspicit aliquam personam ea intentione vt eam ad malum concupiscere velit peccat mortalr Math. 5. Qui viderit mulierem ⁊c. Sed si quis videret mulierē vel virginē tanq̄ rem vel imaginē pulcrā non mala cogitando vel affectando non peccat Greg⁹. Non debet intueri quod non licet cupisci. vnde etiaz Aug⁹ in regula. Neq̄ feminas videre phibemur: sed appetere vel ab ipsis velle appeti criminofum est Exemplum q̄n de bonis loq̄mur angeli sunt presentes. q̄n v ro de turpibus loquimur tunc demōes sunt presentes ⁊c. quere in promptuario. Quantum ad terciā partē sermonis dicit hic Ap̄ls. Ut filii lucis ambulate scz de bono in melius proficiendo. ⁊ hoc per virtutes ⁊ bona opera que sunt meritoria vite eterne Queritur vtz vnus actus et idem ipsius voluntatis potest esse bonus ⁊ malus: puta si quis est ad ecclesiam continue vadens: Et arguitur primo q̄ sic. Motus enim vnus qui est continuus potest esse bonus ⁊ malus: puta si q̄s ad ecclesia vadens. primo quidem intendit inanem gloriam: postea intendit deo seruire. respondetur h̄m sanctum Tho. 1. q. 22. arti. 6. Nichil prohibet aliquid esse vnum quod est in vno genere. ⁊ esse multiplex h̄m q̄ refertur ad aliud genus sicut superficies continua est vna h̄m q̄ ⁊siderat in genere quantitatis: sed est multiplex h̄m q̄ refertur ad genus colorum: ⁊ sic est partim alba ⁊ partim nigra. et h̄m hoc nihil prohibet aliquem actum esse vnum h̄m q̄ refertur ad genus morum: verbi gratia. Ambulatio continua est act⁹ vn⁹ h̄m genus nature: potest tñ contingere q̄ sint plures h̄m genus morū si mutetur ambulantis voluntas que est principium actūū moralium. Si aut acapitur vnus actus prout est in genere morū impossibile est q̄ sit bonus ⁊ malus bonitate ⁊ malitia morali. si tñ sit vnus vnitatem nature ⁊ non morū potest esse bon⁹ ⁊ malus Itē arguitur sic. cum seruus sit quasi instrumentū dñi sui. tunc actio serui est actio dñi sicut instrumenti actio est actio artificis: sed potest contingere q̄ actio serui p̄cedit ex bona voluntate dñi ⁊ sic fit bona: ⁊ ex mala voluntate serui ⁊ sic fit mala. Itē arguitur respondetur q̄ alia est actio dñi ⁊ serui. ideo nihil prohibet vnaz



esse bonam & aliam esse malam s̄m dignitatem et diuersitatem  
 voluntatis, Item queritur vtrum in humanis actibus aliquis ne  
 differens inuenitur. respondetur s̄m sanctum Thōm. in quarto  
 scripto q̄ nullus actus a voluntate deliberatus esse potest qui nō  
 sit bonus aut malus. Cum em̄ sit rationis ordinare actus a rōne  
 deliberatiua procedens: si non sit ad debitum finem ordinatus &  
 hoc repugnat rationi & habet rationem malū vt dare elemosinā  
 p̄pter vanam gloriā: sed si ordinatur in debitum finem venit  
 cum ordine rōnis: vnde habet rōnem boni sicut dare elemosinā  
 p̄pter deum indigenti &c. vnde necesse est actum hominis a de  
 liberatiua ratione procedentem esse bonum vel malum. Si autē  
 non procedit a ratione deliberatiua sed ex quadā imaginatione  
 sicut cum aliq̄s fricat barbā vel mouet manū vel pedē. & licet  
 actus proprie loquendo non est moralis seu humanus cum non  
 sit actus a ratione clatus. & sic erit indifferens quasi extra gen⁹  
 actuum moralium. Item q̄nq̄ contingit q̄ actus non includit  
 aliquod pertinens ad ordinem rationis. sicut leuare festucam de  
 terra & huiusmodi. & tales actus s̄m speciem sunt differentes nō  
 q̄ actus humani vel morales dicuntur: sed q̄ sunt a ratiōe hōis  
 procedentes: & sic sartor sutor pistax faber et communiter omnis  
 mechanic⁹ laborator siue sit famulus vel ancilla in omni labore  
 meretur aut demeretur gaudium vite eterne: de hoc dicitur in  
 Ps̄. Labores manuum tuarum &c. vnde etiam Ap̄t̄. Scimus  
 quoniam diligentibus &c. Si infideliter laborat tunc meretur &  
 edificat ad infernum. Querit̄ an sancti exsistentes in celo possunt  
 peccare. respondetur s̄m sanctum Thō. q̄ non. quia iam sunt in  
 bono confirmati vt angeli sed contra. Gloriam non tollit naturā  
 sed ante peccare poterant. ergo et post. Respondetur gloria et  
 gratia non tollit naturam sed defectus nature. Peccare autē  
 non est aliquid de se. sed nature defectus. Item sciendū q̄ nullus  
 potest loqui aliqd̄ verbum quin meretur aut demeretur. Ratio  
 est. quia loqui est actus rationis Aristoteles. 1. Politic. Nullum  
 animalium naturaliter habet sermonem q̄ homo. Item sciendū  
 q̄ Scotus dicit q̄ qui inducit aliquē ad actus viciosos tenetur  
 restituere damnum sed inducendo eum efficaciter ad penitentiam  
 & virtutes per se vel per alium. Vltimo nota exemplū de bonā  
 voluntate dei quā habet ad peccatores narrat Anselmus in li.  
 de similitudine bo. Dum semel equitaret de vna ciuitate ad aliam  
 lepus a canibus & venatoribus insequeretur. & dum esset quasi  
 captus non aliunde habuit r̄ fugiū q̄ sub equo in quo sedebat



## Sermo

beatus anselmus ubi habuit presidium: quod cum aduerteret  
traxit ad se frenum et stetit firmus: canes undique circumstabant  
equum et tamen non erant ausi intrare sub equo. Lepus autem  
totus tremebundus ignorabat quid dominus equi facere vellet: an  
tradere ipsum in manibus canum et venatorum. an seruare eum  
et restituere pristinae libertati: deinde veniunt venatores videntes  
leporum sub equo gaudii sunt credentes ipsum capere posse et vo-  
lentibus intrare sub equo ut eum possent capere beatus anselmus  
prohibuit dicens. Non esse conueniens illum offendere qui sub  
sua venerat protectionem: et permisit leporem restitutum suae  
pristine libertati abire. tunc lepus reuertens ad campos exiliis  
et gaudens curreat. remanentibus venatoribus et canibus qui  
dolebant de hoc quod viderant. quod exemplum sic exponens  
Lepus est inquit anima peccatrix que a canibus et venatoribus  
infernus insequitur. anxiatur ipsa quod non potest habere refugium  
tandem sub equo qui habet quatuor pedes. sub fide et doctrina  
quatuor eu angelistarum tremebunda se abscondit sed tamen ignorat  
quid possessores equi. christus velit de ea agere: quod pius dominus  
aduerterens frenum iusticie retinens a canibus et venatoribus eam  
defendit. et dimissis peccatis eam pristinae libertati restituit.

### Dominica letare ad Galathas. *cap. 4*

Matres. scriptum est. Quonia abraham duos filios  
habuit. unum de ancilla. et unum de libera. sed qui  
de ancilla secundum carnem natus est. qui autem de libera  
per re-promissionem. que sunt per allegoriam dicta. Hec enim  
sunt duo testamenta. Unum quidem in monte syna in ser-  
uitutem generans que est agar. Syna enim mons est in  
arabia qui diuidus est ei que nunc est iherusalem et seruit  
cum filiis suis. Illa autem que sursum est iherusalem libera  
est que est mater nostra. scriptum est enim. Letare sterilis  
que non paris. erumpe et clama que non parturis: quia  
multe filie deserte magis quam eius que habet virum. Nos  
autem fratres secundum ysaac promissionis filii sumus. sed quod  
tunc qui secundum carnem natus est persequatur eum qui secundum  
spiritum ita et nunc. sed quid dicit scriptura. Et ecce ancillam  
et filium eius. Non enim heres erit filius ancille cum filio  
libere. Itaque fratres iam non sumus ancille filii sed libere.  
qua libertate christus nos liberauit etc.

### Sermo. xvii. super epistolam





Illa que sursum est iherusalē libera est Gal. 4. Cum tam  
 in isto sacro tpe pñiam assumpsimus ⁊ etiam in itinere  
 sumus ad celestes iherusalē ⁊ gloriā tunc sanct⁹ Paulus  
 qui vsq; ad tercium celū raptus fuit nobis cōmendat illā celestē  
 iherusalem dicens. Illa que sursum ē. Vnde in pñti sermōe tria  
 sunt dicenda que tangūt in epla. Primo cōmendatio celestis  
 iherusalem ⁊ quō distinguit nouū ⁊ vetus testamentum. Secdo  
 quō ab initio mōi mali persecuti sūt bonos. Tercio de libertate  
 qua xps nos liberauit cum vno exemplo. Ad primum sciendū  
 qd̄ Ap̄ls cōmendat nobis celestem ir̄m a situ di. Illa que sursum  
 est iherusalem. Et vere sursum: quia in celo empireo est tam altū  
 qd̄ nō potest mensurari. Cum enim minima stella s̄m Alphonsi  
 est maior tota terra: tñ ppter nimiam altitudinē celi ⁊ latitudinē  
 terre videt parua. Et profunduz maris quō dimensus est. ⁊ q̄a  
 tam alta est celestis ir̄m tunc ibi est mūdicia maxima: qz sordes  
 ad valles de fluunt. vnde Joh. dormiens sup pectus dñi eiusdez  
 ciuitatis mundiciāz cōtemplatus est. Ap̄c. 1. Non intrabit in ea  
 aliqd̄ conquinatum aut abhōiationem faciens aut mendacium  
 nisi qui scripti sunt in libro vite ⁊ agni. Ideo supremus angelus  
 ibi p̄sistere non potuit cum p̄cto. sed de celo corruit in profundū  
 inferni. Secundo cōmendat celestes ir̄m a summa libertate cum  
 diat. Libera est. Ea enim q̄ aggrauant ⁊ destruit corpus hoīs  
 sunt ista fames sitis estus frigus fatigatio. ab his omnibz libera  
 est Ap̄c. 21. Absterget deus om̄. la. ⁊c. Bern. de confide. Non  
 surget tibi aliq̄ malicia. non carnis miseria. nulla ibi egritudo:  
 nō fames nec frigus nec estas nec lassitudo ieiunii nec tēptatio  
 inimici nec peccandi voluntas nec delinquendi facultas sed tota  
 leticia ⁊ ta exultatio. Puto qd̄ quibbet homo libenter iret ad illā  
 ciuitatez: ibiq; moraturus in qua nec posset infirmari nec mori  
 ⁊ in qua nihil aduersi haberet Aug⁹ de ci. dei. Illi⁹ ciuitatis est  
 vna in omnibz inseparabilis voluntas ab omni libe rata malo: ⁊  
 in omni loco bono referta. Tercio cōmendat a nimia caritate cū  
 dñ. Mater nr̄a. ⁊ in hoc oñditur qd̄ super ni ciues illius ciuitatis  
 nos amat ⁊ a nobis amari desiderant. Mater em̄ amat ⁊ amat  
 Pro quo sciendum qd̄ in eterna patria proximū diligemus sicut  
 nosmetipsos. nam hic caritas incipit. ibi perficit. Naz nuncq; p̄  
 intm̄ dilexit filium nec mater filiam nec frater fratrem nec vj or  
 maritum sicut vnusquisq; in celo proximus suum. nec pater nec  
 mater nec ceteri sanguinet ita gauisi sunt de suis carissimis: siue  
 reges siue pape siue sint ep̄i vel etiā quantumcunq; magnificati

*Paulo in Galat. cap. 4*

*Joā in Apoc. cap. 21*



## Sermō

et exaltati sunt in hoc mundo: sicut in celo unusquisque gaudet de bono proximi: et in maiori gloria maius gaudium tibi prestat: nam ipse dividit et participat unicuique gaudia et merita sua. post hoc propheta patriarche apostoli martires confessores et omnes electi exites in celo quilibet in fraterna caritate dividit tecum et tu converso secum: quia in celo diligimus et cognoscimus nos mutuo. unde magister sententia. di. 4. q. 4. Per caritatem que in singulis erit perfecta tamen quisque gaudebit ac si haberet in seipso. Ex dictis patet quod quilibet in celo habebit omnia merita et omnia gaudia omnium sanctorum: quia quod sibi deficit in altero habebit Gregorius. Ex illius enim perfecte caritatis merito fiet ut unusquisque habiturus sit in alio quod non habet in proprio merito. Unde querit utrum beatus plus diligat primos quam extraneos eque sanctos, Respondetur de equaliter bonis plus diligit proximos: ergo sanguinem aut aliquem alium quem hic quis ordinato amore dilexit plus diligit. ista dilectio in celo augetur et perficitur. unde in millesimo plus diligit filium quam hic dilexit in mundo. sicut vir uxorem et converso uxorem maritum et frater fratrem et soror sororem et amicus amicum etc. et ista dilectio erit magna consolatio christianis quando amici moriuntur. 1. Thessal. 4. Nolumus vos ignorare de dormientibus sicut et ceteri qui spem non habent sed future resurrectionis: quilibet christianus spem habere debet quod sit sicut secum commoraturus. vel si hic tibi fidelis vel caritativus fuit. multo plus in futuro erit. Item sciendum quod ordo dilectionis attenditur quantum ad proximitatem ad deum: ergo quanto plus in celo erit deo proximior: tanto ferventiori amore diliget a sanctis et angelis. Unde beata virgo maria ibi pre omnibus sanctis a quolibet sancto plus diligitur. quia ipsa est deo proximior: sequitur iohannes baptista petrus et paulus etc. quia quilibet in celo diligitur secundum quod deo erit proximior etc. Item notandum quod illa caritas futura primo debet inducere quemlibet christifidelem ad diligendum proximum suum: nam qua ratione poteris illum odire: aut sibi malum optare: aut sibi non favere que deus contulit tibi qui in futuro plus diliget te in celo quam omnes matres dilexerunt suos pueros in mundo. Secundo quemlibet fidelem inducere debet ad subveniendum proximo in elemosinis et vite necessariis: nam qua ratione poteris proximo tuo hic negare temporalia tua qui tecum commundet in futuro omnia merita sua. Tercio inducit ad gratulandum proximo suo in quolibet bono opere sicut est ieiunare orare elemosinam dare surgere mane ecclesias frequentare missas et sermones audire. nam si vera fidem habes tunc credere debes quod omnia opera proximi tua erunt in celo. Et iste est vnde am

*Ad Thesal. cap. 4.*



articulus fidei credere sanctorum comunem et participationem  
 omnium meritorum hic et in futuro. unde dicit Ap[osto]lus. Nec sunt duo  
 testamenta. Unde querit que sit differentia inter nouam legem et  
 antiquam. r[ati]o dicitur h[ab]ere sanctum Th[om]a. 2. 2. q. 91. q[uod] una distinguit  
 ab alia sicut perfectum ab imperfecto. Et ratio h[uius] diuersitas h[ab]et  
 eundem est triplex. Prima est talis. illa est lex perfectior q[uam] ordinat  
 hominem ad perfectiorem finem. sed lex antiqua ordinabat ad fines  
 terrenum et imperfectum. Duo enim promittebant seruantibus  
 legem antiquam. Primo augmentum substantie temporalis. Si  
 uolueritis et audieritis me bona terre comedetis. Secundo plangatio  
 vite temporalis. Leuit. Custodite leges meas atq[ue] iudicia etc. sed  
 seruantibus nouam legem promittitur regnum celorum. Mat[th]. 5.  
 Beati pauperes spiritu etc. Secundo promittit eis vita eterna. Mat[th].  
 19. Vos qui reliquistis omnia et secuti estis me uent. ac. et uita etc. etc.  
 Secunda ratio talis est. illa lex est perfectior q[uam] ordinat hominem ad  
 perfectiorem iustitiam: sed hoc facit lex noua. quia cohibet manu[m]  
 et animum et operationem et cogitationem: sed lex uetus cohibet  
 manu[m] et operationem. p[ro]pter q[uod] x[ristus] dicit Mat[th]. 5. Nisi abundauerit  
 iusticia uestra etc. Tercia ratio talis est. illa lex est perfectior  
 que induat hominem ad seruanduz mandata amore et non timore  
 h[uius] h[oc] est lex noua et non uetus Aug[ustinus]. B[ea]t[us] cuius differentia timor  
 et amor. ergo lex noua est perfectior. Cum g[er]m[in]i iudei solite antiquam  
 legem seruauerit que non ad perfectum et eternum ducebat: quanto  
 magis nos debemus cum omni seueritate seruare nouam legem  
 pro cuius remuneratione dat[ur] uita eterna. Ad secundam p[ar]tem  
 serm[on]is dicit Ap[osto]lus. Quod enim is qui h[ab]et carnem natus est.  
 persequetur eum qui h[ab]et spiritum. ita et nunc Wilhelmus sup[er] illa  
 uerba. q[uod] mali odunt bonos et persequuntur non est nouum ymo  
 incipit a mundi initio odit cayn fratrem suum et occidit eum  
 Gen[esis]. 3. persecutus est ysmahel ysaac: sicut dicit Ap[osto]lus. Odit  
 elau fratrem suum iacob uolens eum occidere Gen[esis]. 37. sed odiu[m]  
 tale non h[ab]ent iusti timere cum x[ristus] dicit Mat[th]. 5. Beati estis cum  
 oderit uos mundus. insuper et m[al]i odit x[ristum] Joh[ann]. 16. Si m[al]i  
 uos odit etc. Item memento te serm[on]is que ego dixi uobis. Non  
 est seruus maior d[omi]no suo. si me persecuti sunt et uos persequentur.  
 et q[uod] grauius solet esse m[al]i sine causa euz odit Ps[almus]. Posuerit  
 aduersum me mala pro bonis. Non mirentur ergo x[risti] fideles nec  
 egresferant si eos odunt q[uod] eos amare deberent Aug[ustinus]. Magna  
 solatio est membrum x[risti] a capite: sequit[ur]. Sed q[uod] dicit s[er]u[us] ta.  
 Si uos ancillaz et filia eius. Non enim erit heres filius ancille cum

*Abbas. b[ea]t[us]  
 ad Gall. cap. 4.*

*Maffei. 5.*



## Sermo

Filio libere. Vbi nota q̄ inter oia que hoies h̄ mundi desiderāt istud est potissimū vt scire valeant vtz filii ⁊ ciues celestis ir̄m sint siue filii tenebrarū. quod tñ de⁹ nulli dedit p̄ter mala que euitatur ⁊ p̄ter multa bona que ex hoc sequunt. vnde Seneca li. 4. suarum declamationum sic dicit. q̄ quidam mortua vxore que in partu moriebat: statim duxit illum puerū prime vxoris ad rusticā extra ciuitatem educandū: ⁊ ex secunda vxore satis cito habuit alium puez quem ad eandem misit etiaz educandū vtrūq̄. Post longum vero tps cum riderent pueri per oia silces erant. licet scds iunioris esset etatis forte vnus am̄: nihilomin⁹ secundus intantum creuit sicut ⁊ primus vt multotiens attingit. Querente aut̄ matre a patre quis pueroꝝ esset eius noluit ei pater dicere. igit̄ aquerente adhuc matre et flente filii videntes matrem seu noueraz flere flebant cum ea: quos pater alloquit̄ dicens. Quid fletis pueri. ego enim nō iudicauī quis puer esset su⁹ ⁊ hoc ideo feci: quia si sciret tunc solummodo ipsa h̄ret curā de filio suo et non de filio alterius matris. itaq̄ ea sic remanente in dubio curam gerit vtriusq̄ equalē. Spūaliter per istū patrez intelligimus xp̄m qui habet duos filios: vnū de matre mortua in partu scz peccatorē. ⁊ alium in sc̄ntia bona que etiā habet filium. ⁊ hoīem bonum ⁊ electū: quia de eo in rure. ⁊ in via huius mundi equalr nutriunt̄. Math. 5. Puet super bonos ⁊ malos. Ecclesia que est nouerca maloz ⁊ iustoz mater ignorat in p̄nti quis sit filius elect⁹ vel prescitus. Eccl. 9. Nescit homo an amore an odio dignus sit. Sed xp̄us occultat ne peccator absq̄ nut rice remaneat. sed ambo sic nutriunt̄. qz boni ex hoc erunt in maiori merito: q̄a inter malos bene viuunt et mali citius p̄nt conueri p̄ter exemplum bonoz: sed in fine messis discernuntur boni ⁊ mali. Quantum ad teruaz partem dicit hic Xp̄s. Itaq̄ nos sum⁹ anille filii sed libere qua liber tate nos liberauit: quia adā ⁊ eua per sex peccauer̄. sic econuerso xp̄s per sex satisfecit. P̄tio per superbiā: quia similitudinem dei appetier̄. ⁊ ad hoc inuitauit eos serpens di. Eritis sicut di. sic econuerso xp̄s ad satisfaciendū assimilatus est sceleratissimo barrabe latroni qñ dixit pilatus. Quez vultis vobis dimitti. barrabam an ihm x̄c. Iudei petier̄ barrabaz dimitti ⁊ ihm crucifigi. ⁊ sic barrabas latro dimissus est ⁊ xp̄s ad mortez iudicatus ⁊ in medio duoz latronū suspensus. ⁊ sic impleta est scriptura que dicit. Et cum iniqs reputat⁹ est. Secundo sciam dei illiēte sitier̄ illeci per serpentem dicentē Scientes bonū ⁊ malum. sic xp̄s ad satisfaciendū voluit reputari



xvii

stultus ut ostenditur in herode qui spreuit eum cum exercitu suo  
 et indutum veste alba remisit ad pylatum sicut fatuum. Inter iudei  
 velabant faciem eius et colaphis eum cedebant dicentes, Prophetisa  
 nobis xpe x. Tercio primi parentes rapuerunt non sua sed fructum  
 ligni quem sine licentia rapuerunt. sed xps ad satisfaciendum spoliari  
 voluit vestimentis suis Ps. Diuiserunt sibi vestimenta mea x. hoc  
 specialiter intelligitur de tunica inconsutili quam volebant scindere  
 Joh. 19. Quarto peccauerunt in comedendo: quia hoc quod ipsis  
 inhibatum fuit cum appetitu comederunt Gen. 2. Et vidit mulier  
 lignum quod esset bonum ad vescendum et pulchrum visu respectuque  
 delectabile tulit de fructu et comedit deditque viro suo qui etiam  
 comedit. sed xps ad satisfaciendum amaz abum et potius in cruce  
 pendens comedit et bibit. de quo dicit in Ps. Dederunt in escam  
meam sel x. Quinto primi parentes excusauerunt se culpam suam  
 retorquendo in deum. adam dixit, Mulier quae dedit mihi in  
soctam dedit mihi et comedi. q. d. Si non dedisses mihi mulierem  
 cui societatem exhibere deberem non comedissem: mulier etiam  
 excusauit se dicens, Serpens decipit me. q. d. si non creasses astutum  
 serpentem per eum non fuisset decepta. Sed xps ad satisfaciendum  
 noluit se excusare coram pylato: nec coram herode in multis: sed  
 tacuit ita ut presens ammiraretur dicens, Tu nihil respondes ad ea x. h  
 ipse tacuit ut habet in Pla. Sicut ouis ad occasionem ductus est  
 Sexto primi parentes suo creatori inobedientes extiterunt qui et  
 contra preceptum dei fecerunt. sed xps ad satisfaciendum pro hoc factus  
 est obediens usque ad mortem x. Unde queritur ut mors xpi fuit  
 necessaria et ut non fuit alius modus redimendi mundum. respondet  
 sanctus Tho. 31. q. 46. q. non: sed deus de potentia absoluta que  
 non est legibus allicita potuisset aliter redemisse mundum. Hoc sic  
 patet. quia quilibet potest iniuriam in se commissam libere dimittere  
 non faciendo contra iustitiam ut dicit lex: sed peccatum fuit in deo  
 commissum ut patet in Ps. Tibi soli peccavi: h dicit sanctus Tho.  
q. ita mors xpi fuit necessaria quod deus non potuisset mundum per  
meliozem et diuentioniozem modum redimisse. Ratio est quod homo  
pro peccato debebat deo satisfacere et non potuit et deus non debuit  
quia non fuit actor peccati sicut homo. Unde oportuit quod esset unus  
qui esset deus et homo: et iste est xps qui in quantum deus potuit  
in quantum homo debuit. Quid autem mors xpi sufficiens satisfactio  
pro omnibus peccatis totius mundi fuit ostendit Aug. dicens. Una  
gutta preciosi sanguinis xpi satisfecisset pro redemptione omnium hominum  
Bern. in persona xpi. Nonne satis pro te vulneratus sum. nunquid

*psalmo vigesimo primo*

*psalmo sexagesimo octavo*

*psalmo quinquagesimo*



## Sermo

pro iniquitate tua afflictus sum. Cur addis afflictionem afflicto. magis me a ggra uat vulnera pcti tui q̄ vulnera corporis mei Aug⁹ in li. contra hereses. Te inquit ad pctorem xps cum esses inimicus patri meo reconciliaui. cum inter motes ⁊ filias errares q̄siui te. humeris meis portauit te. patri meo reddidi te. laboraui sudauit. caput meum spinis opposui. manus meas clauis obieci. lancea latus meum aperui. sanguinem meum effudi. aiam meam posui ut cōiungerem te mihi ⁊ tu diuideris a me. Ultimo nota exemplum de infinita misericordia dei. Mulier quedā negauit fidem ⁊ tradidit se dyabolo ⁊ proprium filium occidit ⁊ tamen consecuta est misericordiam dei. quere in promptuario.

### Dominica in passione ad Hebreos. *Capitulum 9*

Pater. xps assistens pontifex futurorum bonorum per amplius ⁊ perfectius tabernaculum non manu factum. non huius creationis. neq̄ per sanguinem hircorum aut vitulorum: sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta. eterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hircorum aut taurorum ⁊ cinis vituli aspersus in quatuor sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis xpi qui per spūm sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruendum deo. Et ideo noui testamenti mediator est ut morte intercedente in redemptionem earum preuaricationum que erant sub priori testamento reprobationem accipiant qui uocati sunt eterne hereditatis in xpo ihesu ꝛc

### Sermo. xviii. super epistolam.

Christus assistens pontifex futurorum bonorum ꝛc Heb. 9. Dominica ista uocat dominica in passione domini: et supprimitur Gloria patri in responsis et in introitu missæ: quia xpus caput nostrum iam non palam ambulauit: sed post resurrectionem lazari abscondebatur se ad tps. similiter in euangelio hodierno etiam quedam tangunt prelude passionis xpi ut dicitur. Tulit lapides ut iacerent in eum: sicut in epistola pentecostalis nunciat Apstls passionem xpi cum dicit. Christus assistens ꝛc. Unde in pentecostali sermone tria sunt dicenda Primo quatuor documenta que habemus in pentecostali epistola. Secundo alique questiones xpi. Tertio exemplum. Ad primum sciendum quod Apstls docet nos quod xps assistit patri intercedendo pro nobis ⁊ hoc in quantum homo: et idem ⁊ xps est doctor futurorum bonorum in quantum deus est. Unde magna est fiducia ex his pro quibus

*Joannis cap: 18*



xviii

ipse rogat. idem enim est qui rogat et qui rogatur. et hoc est contra ipsos pusillanimes et diffidentes qui diffidunt se non posse obtinere regnum dei etc. Pro quo notandum quod ipse multipliciter oravit et quotidie orat pro nobis et apostolus Ioh. 17. Ego pro eis rogavi. et statim subdit. Non pro eis rogo tantum: sed pro eis etiam qui credituri sunt per verbum eorum in me. Secundo oravit lacrimas offerens et exauditus est pro sua reverentia. Tertio oravit sanguine Heb. 12. Accessistis ad sanguinem melius loquentem quam abel. Abel enim petebat vindictam: sed sanguis christi misericordiam. Quarto oravit cruciatum ostensione Berni. Secundo accessum habes o homo ad deum. mater ostendit filio peccata et vulnera. filius vero patri vulnera: non potest esse repulsa ubi recurrunt tot caritatis insignia Ro. 8. Qui est a dextris dei etiam interpellat pro nobis. unde Ioh. 12. Si quis peccaverit. advocatum habemus apud patrem et ipse propitiatio est pro peccatis nostris Ps. Respice in faciem christi tui: deus pater respiciens quod care emit ecclesiam parat et propter filium. Secundo docet in verbis promissis qualiter christus intravit in regnum celorum: quoniam per ipsum sanguinem introiit in celum: et hoc est contra illos qui volunt pati nec possunt intrare in regnum celorum. Vbi notandum quod christus per ipsum sanguinem voluit intrare ut ostenderet quomodo ingredi debeamus: quia per artem viam et angustam portam Math. 7. Quoniam angusta est via et arcta etc. Pro quo sciendum quod via ad celum dicitur arcta propter quinque. Primo dicitur arcta: quia qui ambulat in ea debet viriliter immundis cogitationibus resistere Sap. Spiritus discipline effriget fictum et auferit se a cogitationibus que sunt sine intellectu. quia de cogitationibus nostris iustus rationem reddituri in die iudicii Sap. 1. In cogitationibus impiorum interrogatio erit. Secundo debent os et linguam non solum a malis et nocuis verbis cohibere sed etiam otiosis Math. 12. De omni verbo otioso etc. Tertio contra incontinentiam carnis quotidie litigare Aplos. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee. Quarto quia debent omnia mundi mala equanimiter tolerare Iaco. 1. Domine gaudium estimare carissimi fratres mei cum in varias temptationes inderitis. Quinto dicitur arcta: quia in ea semper debet stare ambulantes in timore et in prosperis et periculis suis in comedendo bibendo laborando Job. 9. Verebar omnia opera mea sciens quod delinquent non poteris. Similiter et porta celi dicitur arcta primo quia nullus intrabit per eam sine omni rei ablata plena restitutione Ps. Nec porta domini iusti intrabunt in eam etc. Berni. Iusticia est reddere unicuique quod suum est Math. 19. Facilius est camelum per foramen acus transire quam divitem regnum celorum etc. Aug. Si quis

*Fiati. Capi. Decimo Septimo*

*Roma. 8.*

*Mat. 7. Luc. 13.*

*Iaco. Capi. Primo*

*Iob. Capi. 9.*

*Marg. Capi. Decimo. Mat. 19. Luc. 18.*



## Sermo

aliena cum possit nō redditur penitentiā non agitur sed fingit.  
Secundo qz nullus intrabit per eam nisi renūciaverit omni odio  
et rancori Joh. 3. Qui odit frēm suū homicida est. et scitis quia  
ois homicida non habet vitam in se manentē. Ter tio qz nullus  
intrabit per eam nisi caput inclinaverit. ergo quilibet debet se ad  
humilitatez et obediā inclinare si vult regnū dei intrare. Sicut  
enim adam per elationē et inobediā de paradiso repulsus est. sic  
nos per aliā viam et per humilitatez et obediā intrare oportet  
vellemus paradysum. Ter tio ostendit Apłs xpm tm̄ semel passum  
Vnde notandū qz in passione xpi semel remittunt peccata hoīs  
sine pena exteriori scz in baptismo. Reduātes vero in pētis si  
non peniteant pene remanent debitores aut hic aut in futuro. vñ  
m̄gr sentē. li. 4. dist. 4. Deus ex iusticia dimittit delictū: vnde  
fm̄ verbū Bern. Deterius est in pēto reduāre qz primo incidē  
Joh. 8. Ecce iam sanus factus es. iam ampli⁹ noli peccare ne de  
terius tibi aliquid contingat. Quarto ostendit Apłs difficultatem  
redemptionis nostre cum dicit. Eterna redēptione inuenta. Vbi  
scienduz qz hoīs redempti debent attendere diligenter qz care a  
xpo empti sūt ne se vili foro dyabolo vendāt vt fatue mulieres  
que qñqz pro qtuor denariis animam dant dyabolo et leceatari  
corpus suum exponūt Aug⁹. Appendere precio ne tibi vilescas  
Apłs. Empti enim sumus p̄cio magno. Notandū qz passio xpi  
reuoat nos a tribz pētis que sunt cōmuniōa in mundo Joh. 7.  
Omne qd̄ in mundo est aut est cupiscentia carnis. aut concupi  
scentia oculoz: aut superbia vite. et ab his reuoat nos per tria  
que passus est in cruce et passione sua. Primo scz per paupertatez  
per quam nos reuoat a cupiscentia oculoz. Tantam em̄ xps  
paupertatem habuit vt nullā vestem sibi oīno reliquerent. sed tm̄  
pannū quēdā quo erat p̄indus ad femoralia: sicut legitur in  
euangelio nicodemī. Nullā enim habet appodiationē ad quam  
caput lassum et afflictū reclinaret. et etiaz cum vehementer sitiret  
non habuit tm̄ qz os suū humidaret. Secundo per humilitatem  
reuoat nos a superbia vite. nōne magna humilitas hęc erat qz  
a aspicientibus faciem non auertit. et qz dorsum suum ad p̄riam  
crucem portandā humiliavit. et qz etiam in medio latronū pede  
nudo in publica strata ad spectaculū oīm transeuntū suspēdiū  
non refutauit. Ter tio per magnā doloris asperitatē reuoat nos  
a miserāma luxuria. nōne magn⁹ dolor erat qz exceptis doloribz  
quos sub flagellis et spinis passus fuit. etiaz corpus suū vsqz ad  
singularem membroz oīm dimumerationē violenter extendēre  
qz etiam manus eius et pedes grossis clauis perforodēre. et etiaz qz

*Jan. in prima Epistola  
Capit. 3.*

*1a Corinth. in prima  
Epistola Capit. 6.*

*1a Corinth.  
Capit. 2.*



linguarum suam felle et aceto amaricauerunt. Item notandum quod passio  
 christi multum efficax est peccatores obstinatos inducere ad penitentiam  
 salutarem. Dicunt enim naturales quod aliqui lapides ita duri sunt quod  
 nullo ferro frangi possunt sicut dicunt de adamante: nam si in marte  
 ponitur et cum malleo ferreo desuper percutiatur ante marte vel  
 malleum figitur et non frangitur. sed cum in sanguine hircorum calido  
 ponitur statim mollescit: in cuius signum legitur quod in passionis  
 christi hora petre scisse sunt. unde Gregorius, Cum saxa in passione christi  
 scissa sunt duriora saxis corda illa videntur quod audita passione domini  
 non scinduntur. Berni. super Cantica. Nihil adeo medicinale est  
 peccatori. nihil adeo peccati interitus: sicut et crux figit viciam: nutrit  
 virtutem. roborat et confirmat ad gratiam sicut memoria domini  
 passionis. unde etiam Augustinus. Nec medicina tanta fuit quanta cogitatio  
 non potest. que superbia sanari potest si humilitate filii non  
 sanatur. Quantus ad secundam partem istius sermonis tunc queritur  
 hic vixit christus passus fuisset si primus homo non peccasset. Rndetur  
 quod non: quia passio eius fuit propter peccatum hominis. Berni. De bone  
 ihesu quod tibi est mori: mori nos debemus et tu soluis: nos pecca  
 uimus et tu lauis: opus sine exemplo. gratia sine merito: caritas  
 sine modo: unde beatus Hieronymus in epistola ait. Conspui voluit ut  
 nos lauaret. velari voluit ut velamen culpe et ignorantie a cor  
 dibus nostris auferret. in capite percuti voluit ut caput nostrum se  
 ad salutem resisteret. colaphis et verberibus derideri ut nos et  
 manibus et labiis et verbis et ceteris proximarem. Secundo  
 queritur vixit christus sponte pro nobis peccatoribus mortuus est: rndetur  
 Christo. in vna questione quare fecit de morte christi et dicit quod sic. et ratio  
 est. quia ipse elegit locum tempus et horam. et etiam clare patet per eius  
 verba et opera. nam per verba dixit. Potestatem habeo ponendi  
 animam meam. et dixit pylato. Potestatem non habeo. si facis ostendit  
 quia sepe ut legitur in euangelis quoniam iudei volebant eum lapidare  
 vel capere quod subito abscondit se vel fugiebat ab eis libere: et sic  
 manus eorum euasit. et etiam quoniam venerunt ad eum armati gladiis  
 et fustibus ad capiendum eum tunc cum solo verbo omnes ad terram  
 prostravit quoniam dixit. Ego sum tunc omnes ceciderunt retro: sum nec  
 poterant surgere nisi christo cecedente. Nec mirum quia erat deus  
 contra quem non est potentia nec sapientia. Oblatus est quia ipse  
 voluit. Tercio queritur quare christus passus est in iherusalem et non  
 alibi. rndetur Iohannes nider quod christus auerentissime in iherusalem passus est  
 Iherusalem enim erat locus a deo dilectus et electus ad sacrificia  
 offerenda que quidem figuralia sacrificia figurabant christi passionem  
 qui est verum sacrificium. Apoc. 5. Tradidit semetipsum hostiam et



## Sermo

oblationem in odore suauitatis Beda in omel. Appropinquante  
hora passionis dñs ihesus appropinquare voluit loco passionis scz  
irlm. vnde etiã Leo papa in sermone. Qui serui suscepit formã  
bethleem p̄legit natiuitati ir̄lm passioni. Secundo quia virtus  
passionis xp̄i per totum m̄dm diffundēda erat. ⁊ ideo in medio  
terre habitabilis pati voluit scz in ir̄lm. Opera tus est se latē  
in medio terre. Deus autem rex noster ꝛc qd̄ est vmbilicus terre  
Tercio qz hoc maxime conueniebat humilitati eius vt sicut tur  
pissimum elegit mortis genus. ita etiã ad eius humilitatem per  
tinebat qz in loco tam celebri pati ⁊ fusionem nō recusabat ex ra  
vebez: ⁊ etiã in loco caluarie voluit crucifigi. qz vt dicit Hiero⁹  
Extra vebez loca erant in quibz truncabantur capita de collaribz  
vnde caluarie de collaribz sumpsit nomen. Postea aut̄ ibi cruci  
fixus est ihesus vt vbi prius erat area damnatoribz ibi erigatur  
vix illa martir. Quarto querit cum suam matrem xp̄us summe  
dilexit cur eam p̄ntem habere voluit in passione. Rñdet idem  
doct̄ qz primo ideo vt figura rñderet figurato: qz nos per adã  
⁊ euã p̄diti sumus vt simus filii ire. Item per mariã reconciliati  
sumus mediante passione filii eius cui ⁊ p̄s matrem adesse voluit  
vt amplius filii ire non sumus. Secundo vt mater n̄ra patendo  
fieret sicut xp̄s pater noster in regeneratione per passionem cui in  
baptismo ⁊ fo: m̄mur per quam passionem baptismus efficaciam  
habet. vnde de passione beate virginis dicit Hiero⁹ in quodam  
sermone de assumptione. Alii sancti in proprio corpore sunt passi  
beata virgo in ea pte pro te passa est q̄ impassibilis ⁊ immortal̄  
habet hoc est in aia. it̄co v: v: fateamur plus q̄ martir facta  
est que gladium passionis xp̄i in aia sustinuit. Tercio vt post  
xp̄m virginēz mariã pte omnibz sanctis honoremus. Quarto vt  
merituz virginis esset latius. Quinto vt ei xp̄s iohem in p̄sona  
sua comendaret ⁊ oēs hoies vt cū ira dei iusto iudicio egredere  
ad damnandū peccatores ipsa memore loci et t̄pis passionis xp̄i  
pro nobis efficacius interpellaret. ac si in illa n. commendatione  
filius dei diceret. Vide mater cui⁹ cordis ⁊ operibz quicqd̄ ego  
patior p̄ peccatoribz vt eos tibi habeas recomendatos: et ideo  
xp̄s n̄rem sue passioni interesse voluit vt p̄ suã intercessionē cui  
nō est phas aliqd̄ denegare occasionē hēat miserendi p̄toribz  
Ad terciã partē nota exemplum de pellicano qui dum aspiciat  
pulos a serpentibz venenatos ⁊ occisos expādit alas sup̄ ipsos  
⁊ peccatit seipm̄ cum rostro in pectore suo vt sanguis exeat quo



pulli balneantur ⁊ remiſcunt: led quia pelicanus ex ſanguinis effuſione debilitat vt volare nequeat ad capiendū cibum: ideo cogunt pulli exire nidum ⁊ procurare cibum pro ſuis parentibus. Et quia non oēs pulli faciunt illud: ymo aliqui ex eis deuorant quicquid ab eis portat. deo hoc attendētes parentes illos de nido eiciunt tanquā ingratos. ſic xp̄us aſſilat ſe pelicano dicens. Similiter factus ſum pelicano. qz vt poſſit mortificatos a ſerpente in ſernali reſuſcitare: expādit brachia ſua in cruce et extracto ſanguine e⁹ de eo: pore ⁊ corde nos balneauit ⁊ eius liuore nos viuificauit. Videt enim nunc debilitatus ⁊ nō poſſe volare. qd faciunt boni xp̄iani. paſcunt eum. ⁊ pauperes quos xp̄s in ſe recipit ⁊ quicquid eis ſit reputat ſibi fore factū. Math. Quod vni ex minimis meis feceritis ꝛc. Sed peruerſi et ingrati filii qui vorana pauperem in abſcondito eiciuntur de nido. ⁊ gloria celeſti. Grati vero ⁊ benefacientes erunt in gloria celeſti. Item aliud exempluz de infinita miſericordia domini iheſu xp̄i de illo peccatore qui peccauit cum ſorore ⁊ occidit matrem ⁊ fratrem quomodo miſericordiam dei conſecutus eſt. quere in promptuario. 121.

**Domínica palmarum ad Philipenſes**

Ratres. hoc ſentite in vobis qd ⁊ in xp̄o iheſu qui cum in forma dei eſſet non rapinaz arbitratus eſt eſſe ſe egalem deo: ſed ſemetipm exinaniuit formā ſeruī acāpiens. In ſimilitudinē hominū factus eſt habitus inuentus vt homo. Humiliauit enim ſemetipſum factus obedies vsqz ad mortem. mortem autē crucis. Propter qd ⁊ deus illum exaltauit. ⁊ donauit illi nomē quod eſt ſupr omne nomē. vt in nomine iheſu omne genu ſiectatur celeſtium terreſtrium ⁊ infernozum. omnis lingua ſitetur quia dominus iheſus xp̄s in gloria eſt dei patris.

**Sermo. xix. ſuper epiſtolam**

De ſentite in vobis ꝛc ad Philippen. 5. Greg⁹. 7. moral  
Tanto quis eſt per ſedior quanto per ſed⁹ ſentit dolores alienos. Ratio illius poſteſt ſumi ex hoc. naz quanto q̄s plus eſt in gr̄a ⁊ caritate. tanto magis de oi malo triſtat alieno. Hoc enim eſt priuilegiū caritatis vt quis de malo proximi ſicut de pprio dolet ꝛc. Ap̄ls, Gaudete cū gaudentibz. flete cū flentibz ergo in premiſſis verbis ho. tat nos Ap̄ls ad compatiendū xp̄i doleibz ⁊ eius miſeriaz vt nram debemus ſentire. Vnde in p̄nti ſermone tria ſunt dicēda, Primo que facta ſunt in die palmarz



## Sermo

Secundo q̄ sunt illa q̄ inducere nos debent ad compatiendū x̄po  
Tercio de obedientia x̄pi. & quare moxi voluit in cruce cum vno  
exemplo. Ad primū dicit Joh̄. nider q̄ in die palmaz quinq̄  
mirabilia & vtilia x̄ps fecit. Primo amare fleuit super iherusalem  
& populum compatiendo ipsis de malis futuris sc̄z de occisione &  
venditione populi et destructione templi & ciuitatis q̄ destructio  
ciuitatis & venditio populi facta est per tytū & vespasianū anno  
42. post ascensionem. Secundo hodie processionalit̄ recipi voluit  
vt rex. in signum h̄ clamauerit. Benedictus qui venit in noīe  
dñi rex israhel. Tercio hodie emētes & vendentes eiecit de tēplo  
et mensas euerit Mar. 19. Quarto cecos et claudos plures qui  
in templo ad eum accesserūt sanauit. Quinto docebat in templo  
tota die Mat̄h. Circūspēdis omnibz cum iā esset hora & vesper  
tina exiit in bethaniam. quia hospiciū h̄re non potuit in tam  
magna ciuitate propter iustam p̄dicationem quam ipsis iudeis  
p̄dicauerat, Item sanctus Tho. probat multis autoritatibz euan  
gelicam paupertatem q̄ x̄ps in eadem circūspēdione mendicauit  
hospiciū & victū. circūspēdis dicit euangelista omnibus hīs i  
peatis necessariis verbo vel facto cogit̄ exire vrbem p̄pter viduz  
& hospiciū. Ad sc̄dam partem sermonis notandū q̄ ad hoc  
q̄ aliqui compatiunt̄ quinq̄ inducunt que oīa in x̄po fuerant:  
quare ei compati debemus. Primū est patientis nobilitas. q̄nto  
enim aliq̄s nobilioz & delicatioz est in natura tanto magis afficit̄  
dolore si percutiat. Cū ergo s̄m Dam̄. de purissimis sanguinibz  
virginis caro x̄pi formata fuerit per sp̄m sanctū & nobilissime  
complexionis extiterit maior dolor in eo fuit q̄ in aliquo homie  
Secundū est patientis pietas: quia magis compatiūmur ei quez  
nouimus esse piū q̄ illi quem scimus esse durū: q̄a & ipse deus  
non miseret̄ duris et sine misericōdia existentibz Jaco. 2. Iudicium  
sine misericōdia fiet ei q̄ non fecit misericōdiam Bern̄. Nemo duri  
cordis vnq̄ salutez adeptus est nisi forte misericōdis de⁹ attulerit  
ei cor carneū. Cum ergo x̄ps mitissimus fuerit sibi maxime est  
compatiendū Bern̄. in ser. D duri & indurati filii adā quos nō  
emollit tanta benignitas tanta flāma tam ingens ardoz amoris  
tam vehemens amator qui pro vilibz sartuniculis tam preciosas  
merces expendit. ideo etiaz illo tpe passionis x̄pi int̄m plagit̄  
ecclā q̄ clavis & lancea mite corpus perforat. & petit vt arbores  
ramos suos flectant & naturalis rigor lentescat vt supna mēbra  
regis miti tendant stipite. Tercium est doloꝝ immensitas. nam  
ch̄ istus passus est in omnibus membris in quibus pati voluit.



Primo in suis amicis euz deserentibus. in fama per blasphemias  
 contra deū dicitas. in honore & gloria per irrisiones et contumelias  
 illatas: in rebus quia vestibus spoliatus. in anima per tristitiam  
 in corpore & in omnibus membris per foras spinis. Os felle potat  
 oculi lacrimis perfundunt. aures obprobriis saturantur. manus  
 in cruce extense & clavis affixe. pedes cum clavo affigunt. corpus  
 flagellat. lancea lat⁹ perforat & aperit. & sic a planta pedis vsq̃  
 ad verticem capitis non est in eo sanitas. *Tren. 1. D. vos oēs ic.*  
 Quartum est nostra culpa & iniquitas q̃n quis pro culpa alteri⁹  
 patitur: tunc quilibet homo hñs nobilem aiam dolorē reputat  
 suum: sicut dauid cum vidit pro culpa sua angelū pplm cœdentē  
 di. Ego sum qui peccavi: vertatur obsecro ira tua contra me et  
 domum meā. de hoc habetur. *1. Paral. 21. qd dauid cum quadā  
 superbia fecit numerare pplm suum. Iratus de⁹ misit pestilentiam  
 in israhel et 70. milia viroz in tribu hois moriebant. hec causa  
 manifesta ē in xpo ihesu Ysa. 53. Vulneratus est ppter iniquitates  
 nostras. attritus est ppter scelera nra. ergo passio xpi debet esse  
 nostra quantum ad compassionē. Quintū est consideratio alioz  
 que compatiunt xpo. Cū ergo sol luna petre terra & alie create  
 xpo compasse sunt. sic & nos cum eis debem⁹ sibi cōpati: alioq̃n  
 duriores videbimur petris que in passiōe xpi scisse sunt. *Ihero⁹  
 super Matth. Dis creatura compatiē xpo morienti. sol obscuratē  
 terra mouetur. petre scindunt. templi velum diuiditur. sepulcra  
 aperiantur. solum miser homo non compatiē. Bern. enim dicit  
 Super oia amabilem te reddit mihi calix quem bibisti. D bone  
 ihesu redēptionis nostre: nihil alliat bl indius: nihil affiat velle  
 mentius. Ad terciam ptem sermonis dicit hic Apls. factus  
 est obediens vsq̃ ad mortē ic Albertus in tractatu de virtutib⁹  
 Inductiuum obedientie est circa summam obedientiaz ihesu xpi  
 qui non solum patri suo cœlesti obediuit di. Non mea voluntas  
 sed etiā hominib⁹ obediēs fuit Lu. 2. Erat subditus illis Bern  
 Quis quibus: deus hominib⁹. Item oia sensibilia obediunt deo  
 & illa subiecit homini vt agnoscerent se obediendū deo & platis  
 suis quib⁹ obedientia aiam sanat. grām imperat. benedictionē  
 augmentat. a morte pseruat. Item Albertus ibidē. Cum homo  
 diligenter sepe cogitat qd maxime quolibet tpe & loco deo pla  
 ceat ad quem se pape adorauerit. & hoc toto nilu semper implere  
 intendit. Vnde argumentum vere obedientie est hm Bern. q̃n  
 bonus obediēs dat suum velle & suum nolle in manus plati vt  
 possit veraciter dicere cum Dauid. Paratum cor meum de⁹. Tūc**



## Sermo

enim quodcumque etiam preceperit facere paratum est cor meum tibi obedire etc. Et talis bonus subditus etiam quod sibi maxime est contrarium fideliter et diligenter exequitur mandatum nunquam manifestans verbo vel signo vel facto quod sibi contrarium sit hoc preceptum. Sed obedientia vera preceperit non potest ubi subditus preceptum desiderat et libenter facit. Obedientia si de suo aliquid habeat quasi nulla est dicit Gregorius. Item Albertus. Argumentum inobedie est cum subditus mandatum prelati iniustum et indiscretum reputat. et hoc in corde suo mandato recalcitrat et remurmurat. deinde mandatum explere non posse nec debere se excusat. propterea diversas vias evadendi subtiliter excogitat. ad ultimum aliquos adducens ut consiliis et precibus mandatum impediant vel retrahant. Sic non fecit abraham: sed relinquens servos suos in pede montis ne ipsum in immolatione et occasione filii sui carissimi impedirent ideo largam benedictionem meruit sibi fieri etiam usque in sempiternum. Item sciendum quod tante virtutis est obedientia quod multi doctores tenent quod religiosi faciunt professiones et promittunt in manibus sui prelati propriam voluntatem relinquere et usque ad mortem obedire: dicunt quod propter illam obedientiam statim dicto illo verbo absoluti sunt a pena et a culpa: ergo ex obedientia vita religiosa dicitur secura et vite eterne meritoria. Bernus. Nichil angelis carius nihil deo preciosius quam in suscepta religione proficere utique obedientia omnibus modis servare sequitur. Mortem autem crucis. Unde hic queritur utrum mori Christus debuit morte crucis: respondeatur secundum sanctum Thome 3. q. 97. q. sic. et hoc propter tria. Primo propter exemplum humilitatis: unde secundum Bernum. Illud fuit despectissimum genus mortis. unde Gregorius in regum. Ad hoc unigenitus dei filius formam infirmitatis nostre suscepit. ad hoc invisibilis non solum visibilis sed etiam despectus apparuit. ad hoc contumelia ludibria illusiones obprobria passionum tormenta toleravit ut hominem non esse superbum doceret humilis deus. Secundo mori voluit in cruce: quia ad se per lignum perdidit et occidit et nos omnes. sic Christus etiam ratio nos per lignum redemit: unde canitur in prefatione. Et qui in ligno vincens erat. in ligno quoque vincens est. Et unde mors credebatur: inde vita resurgeret. unde de hoc Augustinus in sermone de passione domini. Contempsit ad se preceptum accipiens ab arbore pomum. sed quicquid perdidit Christus invenit. unde Gregorius in moralibus. Ad hoc homo redempturus venit ad quod percipiendum additus fuit. Tercio quia in sacra scripta sunt multe figure de ligno crucis. Nam in archa lignea noe salvatum est genus humanum. Item moyses cum baculo ligneo divisit mare per quod filii



israhel sicco pede transierit: et idem moyses amaritudinē aquarū ligno in dulcedinem solationum auertit. Psal. de summo bono. Si passio redemptoris ad memorias reuocet nihil est ita durum quod equo animo non toleret. etiam Aug⁹. Nulla maior solatio in plura tribulationis quam memoria diuine passionis. Item moyses serpentem eneū exaltauit in ligno in heremo in figura xpi. vnde Aug⁹ super Joh. Fratres ut a peccato sanemur xpm crucifixū intuemur: quoniam qui in ligno intuebantur serpentem eneum non peribant a morsibus serpentū. Sic adhuc in hoc mōdo qui intuentur fideliter et deuote passionē xpi sanant a morsibus peccatorum et in futuro possidebunt regnum celorum. Cris. super Matth. Omnis salus hominū in xpi morte posita est. Nulla enim res est que magis ad salutem hominū pertineat quam mors ipsius: nec est aliquid aliud propter quod deo magis grās agere debemus quam de passione xpi. Vltimo nota exemplū de fratre religioso qui omnes puncturas passionis xpi in die pasceus sentiebat etc. hoc quare in p̄mptuario.

### In cena domini epla pauli ad Corinth.

Ratres. uenientibus vobis in vnum iam nō est dñicam cenam manducare. Vnusquisque enim suam cenam presumit ad manducandū. Et alius quidem esurit. alius autē ebrius est. nūquid domos nō habetis ad manducandum. an ecclesiam dei detestatis et confunditis eos qui non habent. Quid dicam vobis. laudo vos. in hoc nō laudo vos. Ego enim accepi a dño quod et tradidi vobis. quoniam dñs ihesus in qua nocte tradebatur accepit panem grās agens fregit et dixit. Hoc est corpus meū quod pro vobis tradetur. hoc facite in meam cōmemorationem. similiter et calicem postquam cenauit dicens. Hic est calix nouum testamentum in meo sanguine. hoc facite quotienscūque bibitis in meam cōmemorationem. Quotienscūque enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis mortem dñi annuntia bitis donec veniat. Itaque quisque manducauerit panem vel biberit calicem indigne reus erit corporis et sanguinis dñi. Probet autē seipsum homo et sic de pane illo edat et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne: iudicium sibi manducat et bibit nō diiudicans corp⁹ dñi. Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles et dormiunt multi. quod si nosmetipsos diiudicarem non vtiq; iudicaremur. Dū iudicamur autē in dño corripimur ut non cum hoc mundo damnemur.



## Sermo. xx. super epistola:

**E**xpurgate vetus fermentum &c. 1. Cor. 5. legitur in epla hodierna transumptiue. in qua epla inuocat nos Aplos ad escam angelorum. de qua dicit Sap. 16. Angeloz escam nutruisti pplum tuum. in Ps. Panem angelorum manducauit homo. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo quod hoies circa escam angelorum tripliter peccant in hoc tpe sacro. Secundo quod dolere debent qui non disposuerunt se ad sacramentum. Tertio mouende sunt aliquae qstiones de resurrectione. **Q**uantum ad primum sciendum quod ho. es solent tripliter peccare illo sacro tpe. Et hic Aplos in epla hodierna tangit tria. Quidam enim indigne sumunt eucaristiam. a qua illos dicit Aplos. Expurgate vetus fermentum. id est corruptionez cuiuslibet peccati mortalis. id est indigne sumentes corpus xpi inferunt contumeliaz xpo non nisi suis sed in persona ppria. Quod enim offenditur princeps quoniam aliquis ei contumeliam infert in rebus subditoz suorum capiendos equis suis vel boue subditi sui: sed plus in subdito suo capiendos eum: sed multo plus in ppria persona: nam tales sunt homines. **2. Q**ui cum manducauerit panem & Amb. Qui indigne xpm sumit idem est ac si ipsum interficeret. tum tam periculosus sit corpus xpi indigne sumere. Tunc queritur. quid requirit ad hoc quod quis digne comuniceat. Respondetur quod tria principalia. Primo quod non sit in peccato mortali. Secundo requirit quedam reuerentia ad sacramentum. Tertio requiritur actualis deuotio. Vltimus queritur qui non habet conscientiam peccati mortalis in peccato tamen mortali existens an ille peccet corpus xpi sumendo. Dicendum quod ignorantia circumstantie a peccato excusat adhibita diligentia sapientie quoniam est talis circumstantia cuius certitudine plenius habere non potest. quod autem aliquis a peccato immunis sit per certitudinem scire non potest ut habetur. 1. Cor. 4. Nihil mihi conscius sum. sed non in hoc iustificatus sum. potest tamen de hoc haberi aliqua coniectura precipue per quatuor signa ut dicit Bernardus. Primo cum quis deuote verbum dei audit. Secundo cum se preparatum ad bene agendum inuenit Gregorius. Probatio dilectionis exhibitio est operis. Tertio quoniam quis a peccatis abstinendo in futurum propositus habet. Unde si aliquis per huiusmodi signa facta diligenti discussione sue conscientie: quoniam forte non sufficienti deuotione ad corpus xpi accedat aliquo peccato mortali in ipso remanente quod est cognitione preterlagiat non peccat. ymo magis videtur quod virtute sacramenti peccati remissionem consequitur Augustinus. Quoniam corpus xpi manducatur

Capite V. ad Corinthios

Paulus ad Corinthios in prima epistola  
Capite 21.

Paulus ad Corinthios in Epistola prima  
Capite 4.



XX

vivificat mortuos Bern. Eucaristie sacramentū est potens p̄cta  
 dimittere consumere obuias potestates etc. Itē queritur vtrum  
 eucaristia sit quotidie sumēda. Dicendum qd ad hoc sacramentū  
 duo requiruntur ex parte recipientis puta desiderium diuinationis  
 ad x̄p̄m qd facit. et reuerentia sacramenti que ad donū timoris  
 pertinet. primum inuolat ad frequentationem huius sacramenti  
 quotidianā: sed secundū retrahit. Vnde si aliq̄s experimentalr  
 ex quadam sumptione feruore amoris non augeri et reuerentiā  
 minui in seipso senserit talis debet interdū abstinere et cū maiori  
 reuerentiā et deuotione postmodum accedere. vnde quartus ad  
 hoc s̄m Aug. Vnusquisq̄ est relinquendus suo iudicio, Suffiat  
 ergo qd vnusquisq̄ s̄m suam fidez agat. et hoc probat exemplo  
 zachari et centurionis quorum vnus recepit dñm in domum suam  
 gaudens: alius dixit. Non sum dignus vt intres sub tectū meū  
 vterq̄ tamen misericordiam consecutus. Secundi sunt qui post  
 sumptionem eucaristie ad peccata preterita redeunt. contra tales  
 dicit hic Ap̄l̄s. Pascha n̄m immolatus ē x̄p̄s Aug. Reducit  
 ad memoriam hominibus passionem cristi per quam a peccatis  
 mundati et liberati sunt: et ex quantitate remedij perpendunt  
 quantitatez periculi vt cogita q̄ntitate timeant redire ad p̄cta  
 preterita. Nam n̄c̄ iuantes grauius deum offendunt et minus  
 parati sunt ad resurgendum sicut n̄ si mitas iterata vel vulnus  
 curatum qd postmodum difficili⁹ curatur Lu. Erunt nouissima  
 illius peiora peioribus. vnde summe cauere debemus ne x̄p̄m a  
 nobis expellamus: sed ipsum intima deuotione cordis retinere  
 debemus. Nam si paruituli in quibus mater sua cum inuoluit  
 cum n̄. fans esset. vel crux x̄p̄i in qua ad tres horas pependit: vel  
 sydon in qua x̄p̄s inuolutus erat. et sepulcrum in quo ad parū  
 temp⁹ iacuit tanta reuerentia custodiatur. Quomodo debet  
 homo cor suum custodire in quo recepit x̄p̄m non ad horas nec  
 ad tempus: verum etiā perpetue si in gratia permanserit. Item  
 sicut aliquis diligenter custodiret sanguinez x̄p̄i si ip̄m haberet  
 in vase aliquo sub propria spece: ita diligenter debem⁹ nos cu-  
 stodire a peccatis mortalibus ne x̄p̄m expellamus: et sicut non  
 parum peccaret hic qui sanguinem x̄p̄i in luto proiiceret: sic nō  
 parū peccat qui voluitarie peccat et x̄p̄m turpiter expellit. v̄mo  
 dico qd magis est quādo homo semel in die vidit corpus x̄p̄i in  
 manibus sac̄. dōtis in missa: ista die se magis sc̄licite custodire de-  
 bet a peccatis cordis oris et operis. Si enim beata maria v̄rgo  
 cum omnibus beatis angelis et sanctis in celo ante te transiret:

*Paulo in Corinth. ep. v*

*Lucie capi. 21.*





## Sermo

nonne tu eos videre velles et eos reuereri. certe libenter. quanto plus debes reuereri corpus sanctissimum quod omni die videre te cum oculis tuis potes: respectu cuius omnes sancti quasi nihil sunt. Unde hic queritur utrum peccator videndo corpus christi peccet. respondet Tho. dis. 4. quibus existenti in peccato mortali non licet communicare: videndo tamen corpus christi non peccat. Attamen si interdum propter humilitatem abstineat a videndo laudandum est. contra dat Albertus dicens quod peccator non debet videre multo aspectu: sed eo viso debet percutere ad peccatum suum quod non sit dignus aspectu christi. Tertii sunt qui se non preparauerunt ad percipiendum hoc venerabile sacramentum illo sacratissimo tempore paschali. contra quos dicit Apostolus. Epulemur in azimis. Quantum ad secundam partem istius sermonis: notandum est hic quod tales merito dolere et tristari debent qui non disposuerunt sed nec communicauerunt secundum preceptum ecclesie isto sacro tempore. Et sunt quibus principaliter que debent in ipsis esse causa doloris et tristitie. Primo quod ex hoc deus multum offenditur. hoc potest ostendi ex hoc quod legitur Lu. 10. de his qui non erant recepturi discipulos eius dicens. Amen dico vobis quod zodomis in die illa remissius erit quam illi civitati que non recepit vos. Si tantum offenditur deus quando discipuli sui non recipiuntur. quantum credendum est quod offenditur quando sibi hospitium negatur: et precipue a suis Joh. 1. In propria venit et sui eum non receperunt. tales multum timere possunt ne iudicentur ab eo in extremo iudicio iuxta illud Mat. 23. Discedite a me maledicti in ignem eternum et subditur causa. Hospes eram et non collegistis me. Secundo dolere debet talis qui fraudatur utilitate quam consequitur quilibet homo ex adventu domini ad hospitium suum. Non enim aduentus eius est absque magna utilitate: unde cum zachaeus dominum ihesum in hospitium suum recepisset: audiuit a domino Lu. 19. Hodie salus huic domui facta est. sic christus dicit ad quilibet fidelem qui eum recipit hodie. Salus huic domui etc. hoc probatur: quia accipere corpus christi efficiens participans omnium bonorum que christus operatus est in vita sua ieiunando predicando discurrendo orando vigilando. insuper totum meritum passionis christi: nam sanctus Tho. dicit quod in qualibet missa inuenit omnis fructus et utilitas quam christus operatus est in die parasceues in cruce: et eandem gratiam et fructum quilibet homo deuotus qui digne communicat percipit et accipit. et tum hoc participatione omnium merito totius ecclesie et sanctorum in celo: et verificat in nobis quod dixit

Luc. cap. 2. et Math. cap. 21

Juan. cap. primo.

Math. cap. 23

Luc. cap. 19



II

xps Joh. 10. Alii laborauerunt et vos in labores eorum introistis hinc est qd in symbolo catholice fidei dicimus. Credo sanctorum comunione. vnde Albertus magnus. Per verum corpus xpi omnes nos in omnibus xpi gratis et omnium fidelium comuniamus propter quod comunio dicitur. insuper non modica securitas est habere talem hospitem. vnde Ps. Si ambulauero in medio vmbre mortis non timebo & itez. Dominus protector vite mee. illis bonis talis se priuat qui non communicat. Tercio timere & dolere debet. quia stat in malo statu. quia semper est in peccato mortali die noctuqz omni die qd iu sic stat in pertinacia tali qd non vult audire precepta ecclesie. cum constitutio ecclesie dicit qd quilibet homo post qd ad annos discretionis peruenerit. saltem semel in anno confiteatur oia peccata sua proprio sacerdoti & suscipiat deuote ac reuerenter ad minus in pascha sacramentum eucaristie: nisi forte consilio sui confessoris ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab eius participatione duxerit abstinendum: sic tamen qd tempus illud ultra annum non protrahatur: quin infra annum se disponat et comuniet. Hoc isti nobiles ppendere deberent & eorum confessores qui credunt sibi sufficere qd confiteantur in quadragesima & non communicant quinqz in quinqz vel decem annis nisi urgente infirmitate corporis: & talis confessio illorum nobilium et etiaz aliorum hoim quam sic faciunt in qdragesima & nolunt comunicare nihil prodest eis ad vitam eternam & non possunt absolui a peccatis suis. quia nolunt obedire ecclesie vbi precipitur non solum confiteri sed etiam eucaristiam sumere tpe pasche: tunc tales applaudat sibi ipsis dicentes. Felix est corpus xpi non sumere qd indigne sumere: quibus dicam qd in hoc bene faciunt & tamen dolere & tristari deberent de absentia diuina. Vbi enim deus abest ibi dyabolus adest: quia qd iu in tali inobedia perseverant semper dyabolum secum habent: quia nemo potest duobus dnis seruire: sed quando tales se subiiciunt et penitent veraciter & comuniant tunc dyabolus expellit. Quarto dolere debent de magna indignitate suorum peccatoz qui in vita pnti debent esse segregati a sepultura omnium xpi fidelium. Vnde de hoc legitur in iure canonico qd qui semel in anno non confitetur nec comuniat debet carere ecclesiastica sepultura extra de pe. et remis. Dis vtriusqz sexus. Quinto dolere debent tales pmaxime quia sicut in presenti vita separandus est a consortiis hominum. ab ingressu ecclesie: et post mortem suam cadaver deberet carere ecclesiastica sepultura: ita eius infelix anima separabit a domino

psalm. 22. ij.  
psalm. 26



Joan. cap. 5. 9. 10.

## Sermo

nostro ihesu xpo & a beata vrgine & ab omnibus sanctis & angelis  
dei & vita eterna. vnde Joh. 6. Nisi manducaueritis carnes filii  
hois &c. Quantum ad tertiam partem istius sermonis. Primo  
querit quare xps non statim post mortem suam resurrexit sed per  
triduum tardauit. respondet Elucidarius ne iudei dixissent euz  
non vere mortuum. Item notandum qd anima xpi per triduum  
mortis sue cum sanctis patribus in limbo fuit. & etiam latro cui xps  
dixit. Hodie mecum eris in paradiso. vocatur ibi paradus fructio  
dei: quia perfecta passione tam ipse latro qm alii sancti patres qui  
erant in limbo viderunt ihesum per essentiam. & sanctus Thomas  
dicit qd diuinitas mansit cum xpo in cruce. & deitas etiam descendit  
cum anima in inferno: quia illud qd deus semel assumpsit nunq  
dimisit. Item sciendum qd xps hodie clauso sepulcro se suscitauit  
a mortuis circa principium diei s. Aug. Et post resurrectionem  
statim suscitauit plures patres quorum monumeta circa iherusalem  
sexta feria fuerunt aperta: sed hodie resuscitati eadem monumeta  
exiuerunt in iherusalem visis multis: et credibile est s. plures  
doctores qd postmodum in xpo eternaliter viui remanserunt: et  
cum in ascensione ascenderunt. vnde Aug. de resurrectione dni  
Quorum sepulcra in passione dni sunt patefacta: horum corpora  
xpo resurgente de puluere sunt resuscitata. Debat enim vt ille  
prius resurgeret deinde illi. & sicut cum dno resurrexerunt. ita eo  
ascendente ipsi etiam ascendisse creduntur. beatus Tho. dicit qd  
tertia die xps resurrexit resumendo non corpus tale quale prius  
habuit sed impassibile & immortale. Vnde queritur quare xps  
post resurrectionem apparuit marie magdalene in specie ortolani  
& duobus discipulis in specie peregrini ambulantis. Respondet  
qd marie magdalene apparuit in specie ortolani. in signum qd esset  
verus ortolanus. Ortolanus enim cum ortum colit malas herbas  
inde extrahit & bonas miserit. Sic xpus tanq. verus ortolanus a  
maria magdalena remouit pctas tanq. herbas mortiferas. Psid.  
de summo bono. Prius vicia extirpanda sunt in homine deinde  
inserende sunt virtutes. Nam coherere & coniungi nro mendacio  
veritas non potest. nec pudor cum petulantia. fides cum perfidia  
castitas cum luxuria. Sed duobus discipulis apparuit foris sicut  
erat intus in mente qd adhuc in eorum cordibus peregrin. erat a fide  
ideo longius se ire finxit. Item hic querit vtz de xpi sanguine  
in passione & cruce effuso sit aliquid in terra absq. eucaristia. re-  
spondit sanctus Tho. in 4. qd non: quia xps in resurrectione totum  
sanguinem assumpsit quem in passione effudit. hoc sic probatur



XXI

quia quelibet effusa gutta reunita est in passione dñi: tum quia  
 xps temperatissime vixit et iam in perfecta etate fuit patiendo.  
 Unde nihil de sanguine habuit nisi quod ad resurrectionem per  
 tinebat et ad veritatez humane nature: tum etiam quia sanguis  
 xpi vnitus verbo saluberrimus fuit humano generi: vnde licet  
 alie partes in resurrectione reunite sunt. ita et sanguis debuit aliis  
 partibus humanitatis iungi. hec ille, Ex quibus patet q sanguis  
 christi qui ostenditur hic in certis locis est sanguis miraculosus  
 imaginis xpi. Exemplum de balistario qui lesit imaginem cru-  
 cifixi: et statim ad instar gutte humani sanguinis exiit: quere  
 in promptuario. p. 44. Item hic queritur vbi xpus mansit illis  
 40. diebus post resurrectionem vsq ad ascensionem: respondet  
 Elucidarius q in paradiso terrestri vt credit cum enoth et helya  
 et cum his qui cum eo surrexerunt. Ultimo sciendum q omnes  
 homines iuvenes et pueri resurgent in ea etate qua xps erat qñ  
 resurrexit scz in etate trigintatium annorum: et in hac etate adā  
 dicitur fuisse creatus homo de limo terre. Et post resurrectione  
 non erit necessaria vestis nec sartores nec sutores neq animalia  
 bruta Aug⁹. Vbi vult spiritus ibi protinus erit et corpus. Item  
 co: po: a sanctum erunt clarissima Math. 13. Fulgebunt iusti  
 tanq sol etc.

*Matth. decimo tertio  
 cap.  
 Lapis. S. in Epistola. f.*

**Unica pma post pascha epla Johis apli**

Quia quod natum est ex deo vincit mundū. Et hec  
 est victoria que vincit mundū fides nostra. Quis  
 autem qui vincit mundū nisi qui credit q ihesus  
 est filius dei. Hic est qui venit per aquā et sanguinē ihesus  
 xps. Non in aqua solum sed in aqua et sanguine, Et spūs  
 est qui testificatur quoniam xps est veritas etc.

**Sermo. XXI. super epistola precedenti.**

Quia quod natum est ex deo etc. i. Joh. 5. Nos videmus  
 ad sensū q oppressus a potentiore sibi requirit defensionē  
 ab aliquo qui est potentior opprimente. Sicut miles op-  
 pressus a comite subleuationem querit a rege. In hunc modum  
 cum mundus et mundi dñs. i. dyabolus nos multipliciter oppri-  
 mit et mundi variatio nos temptat. ideo Johannes apostolus nos  
 docet in verbis premissis confugere ad potentissimum dominum  
 per quem possumus vincere oia temptamenta mundi et dyaboli  
 cum dicit *Quia quod natum est etc.* Vnde in presenti sermone  
 tria sunt dicenda. Primo quomodo seruus xpi vincit mundum





## Sermo

Secundo de fide catholica. Tercio de ostensione reliquiarum. Ad  
primum sciendum qd seruus cristi tria considerando faciliter cum  
adiutorio diuino potest vincere mundum. Primo considerando  
qd amicitia huius mundi hominibus inimicam dei constituit. quia  
nemo potest habere amicitiam huius mundi et etiam dei. Modo  
deliberet apud se fidelis homo quid istorum magis expediat. deum  
relinquere vel mundum et deo adherere vel non. Item homo ratione  
vtens inuenit qd magis expediat relinquere mundum et deo ad  
herere: et ad hoc inducat nos sacra scripta Joh. 2. Nolite diligere  
mundum neque ea que in eo sunt: cuius causam statim assignat di.  
Si quis diligit mundum non est caritas patris in eo: nam sicut  
ignis et aqua frigidum et calidum album et nigrum sunt contraria:  
sic amicitia dei et mundi simul stare non possunt Aug. sup cano.  
Joh. Duo sunt amores scilicet dei et mundi. si amor mundi inhabitat  
non est quo amor dei introeat. unde etiam Greg. Dilige homo  
non diligere mundum vt diligas deum: auerte vt auertaris. funde  
vt implearis. Secundo considerando qd amor huius mundi est filius  
dyaboli: quia secundum dictum christi vt habetur Math. 6. Nemo potest  
duobus se. Homo verecundat seruire ciui vel rustico vel pastori  
in campo et non verecundat seruire dyabolo sicut homo superbo  
ebriosus gulosus et acediosus qui omnes seruiunt dyabolo qui  
est maximus inimicus eorum Greg. Stultum est seruire dyabolo  
qui nullo placatur obsequio: ymo quicquid durius laborant serui  
dyaboli quam christi. quia in sudore seruiunt dyabolo et sunt quasi omni  
tempore inquieti et in fatigatiōe. Tercio considerando qd quilibet  
homo seruiens huic mundo non potest venire ad regnum celorum  
Joh. Regnum meum non est de hoc mundo. regnum meum  
non est de his negociis que in mundo tractantur Crisost. super  
Math. Miserimus est mundus et miseri qui eum sequuntur.  
Semper enim homines huius mundi opera excluserunt a vita:  
quod autem amator huius mundi qui querit mundana gaudia non  
possit celestia gaudia post hanc vitam possidere Greg. in omel.  
dicit Nemo potest hic gaudere cum hoc seculo et illic regnare cum  
deo. Quantum ad secundam partem istius sermonis dicit hic  
Joh. Nec est victoria que vincit mundum fides vestra. Nos igitur  
loquimur de catholica fide. Dic primo querit quid sit vera fides  
Respondetur. est credere patrem et filium et spiritum sanctum esse  
vnum deum: et quod in his tribus personis est indiuisibilis deitas.  
aequalis gloria eterna maiestas. Item vera iubet credere quod dominus  
ihesus christus est verus deus et homo eternaliter natus a patre secundum

*Francis Sapi. 2. in epistola  
prima.*

*Matth. 6. Capite  
et Luca. Capite 16.*

*Joa. Sapi. 18.*

*Joa. in epistola prima cap. 5.*



xxi

deitatem: tpaliter natus sm humanitatez a matre. Vbi sciendū  
 qd fides catholica est frequenter fidelibus pdicanda & diligenter  
 seruanda & custodienda: quia est fundamentum omnis meriti.  
 vnde Aplos. fundamentum aliud nemo potest ponere preter  
 id quod positum est x̄i. fides christi Aug⁹. fides est bonorum  
 omnium fundamentum: fides est humane salutis incium. nam  
 extra fidem catholicam non est salus. vnde omnes iudei pagani  
 & heretici sunt in statu damnationis. *Mat. 23.* Qui crediderit x̄i  
 qui non crediderit x̄i. Condamnatio que facta est per adam non  
 tollit nisi per fide dñi nostri ihesu xpi. Vnde oēs qui saluati sunt  
 ab initio mdi saluati sunt in fide: qa illi qui ante tpa xpi vixerūt  
 sicut patriarche prophete & ceteri fideles crediderunt xpm ven-  
 turum & redempturū genus humanum: sicut nos qui post xpm  
 viuimus credim⁹ hoc esse factum Bern. Multi enim saluatoris  
 aduentum omnipotentis timentes & diligentes sue salutis gra-  
 tissimum redemptorem promissorem credentes. in promissione fi-  
 delium sperantes cum fide & expectatione saluati sunt. Item no-  
 tandum qd fides catholica vt homo saluetur per eā debet habere  
 quinqz que figurata sūt per quinqz vulnera domini nostri ihesu  
 xpi. Primum est qd sit pura sic qd nihil admisceatur falsitatis et  
 vanitatis vt illi faciunt qui varias credulitates asingunt & cre-  
 dunt vt nigromantiā aruspices arioli et obseruantes somnia di-  
 esqz egiptiacos & fata & carmina x̄i Deutro. 18. Nō inueniatur  
 in te qd ariolus sciscitat nec obserues somnia x̄i vnde de hoc dicit  
 in decret. Diuinationi qui intendit damnationē incurrit anime  
 z s. q. vlti. Non. Johannes nider dicit qd quidam per demones  
 maleficiantur sicut philocapti: vel displicentiā vel inuidiam ha-  
 bentes ad certam personā ad quam temptantur cui homo debet  
 per libez arbitrium resistere cum gratia. & quando non resistit x̄i  
 Secundū est integritas fidei vt omnes articulos fidei credamus  
 & omnia que credit sancta mater ecclesia nihil dānantes vel exci-  
 pientes. Veritas enim fidei ita est catenata vt qui vnum arti-  
 culum negat totum dissoluit: sicut qui vnum anulum catene  
 frangit: totum quod per eam ligatur dissoluitur: sic est de fide  
 Jaco. 2. Qui in vno offendit factus est omnium reus. Non licet  
 fidei aliquid addi vel minui. nam in ipsa nihil est quod sit sup-  
 fluum. Sapientia dei sic fidem ordinauit qd nec sumi angeli pnt  
 eam emendare scz addendo vel minuendo in aliquo. Tercium ē  
 certitudo fidei: vt nihil verius nihil certius esse credamus qz qd  
 fides docet. vnde non licet nobis aliquod dubium de ea habere.

*Marcij. Cap. 16.*

*Deutro. Capite decimo octauo.*

*Jacobi. Cap. 2.*





## Sermo

unde fides nescit falli. Contra hoc quidam faciliter dubitant de fide et tales solent dicere. Si sic est ut scriptura dicit et fides catholica tenet magnum quid est. Non enim contradicunt simpliciter scripture et fidei: sed tamen ipsi firmiter non credunt tales iudicantur et peccant mortaliter: et si sic decedunt damnabuntur quia fides christiana debet esse certa in homine: ut si etiam angelus de celo descenderet et aliter diceret non crederet. ut patet per apostolum ad Gal. Sed iam dicta non sunt intelligenda de illis qui cum amaritudine cordis temptant in fide: tales resistere debent et expellere statim illas incidentes cogitationes et temptationes que sunt contra fidem et sic merentur apud deum Bernardus. Quotiens resistis totiens coronaberis. unde pro certo tenere debes quod fides catholica vera est et nulla alia fides vera est. sed sunt omnes false et fidee sicut sunt iudeorum et paganorum. Non enim nisi una veritas est ex qua vera sunt. Non enim est nisi unus sol illuminans omnem hominem: sic non est nisi una fides illuminans et purificans corda fidelium. Certius non est celum et terra et omnia que in eis sunt esse quam fidem nostram veram esse Luc. 21. Celum et terra transibunt verba enim non transibunt unde dicit in psalmo. Veritas domini manet in eternum. Quare tamen est ut sit fortis et stans adeo ut paratius sit potius morti se pro illa exponere quam illam deserere et christum negare. Exemplum de omnibus apostolis martiribus virginibus qui pro illa observanda exposuerunt vitas res honores dignitates cognatas et corpora sua ad diversa supplicia: sic et nos christiani fortes esse debemus in fide catholica. Unde hic querit utrum sufficiat in corde et non in ore profiteri. Respondetur quod nunquam debet corde vel ore negare: ore tamen confiteri debet pro loco et tempore: unde apostolus Roman. 10. Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. et in signum huius tunc sacramentum confirmationis datur sicut dicitur in decretis. Confirmatio ergo in fronte fit ut a recipiente fides christi sine ambiguitate predicetur de consec. dist. 5. firmissime. ergo quilibet christianus debet nomen christi et fidem catholicam confiteri: etiam si propterea deberet omnibus rebus temporalibus privari et magis etiam si deberet mori: et maxime illa que sunt de necessitate fidei et christi. unde dicitur in decretis. Qui pro fide christi moritur celeste premium consequitur. 32. q. 3. Omnis. Quintum est quod fides debet esse viva et hoc per bona opera. Iacobus. fides sine operibus mortua est Wilhelmus. Tunc perpenditur quod arbor sit viva si floret. per firmum propositum servandum est deo: et etiam frondeat cum loquitur sermones bonos et fructum bonorum operum faciat. Sicut enim est necessaria anima in corpore. sic bona opera in fide.

*Luc. capi. 21. et Marc. 13. Mat. 24.*

*Possumus centesimo de  
Cimo sexto.*

*cap. 10.*

*cap. 10.*



quid est fides non operans ex dilectione nisi cadaver ex anima. quantum magis est magnus et bonus artifex: tamen sine instrumento ut faber sine ferreamenti: nauta sine nauis et huiusmodi inutilis est. Item sciendum quod christi fidelibus non debet esse graue bona opera operari. quia fides que per dilectionem operatur tunc diligitur a deo quod inopinabiliter remunerat: quia modicum quod in fide fit deo placet Augustinus. Sicut rami absque viriditate arescunt ita et quelibet opera si videantur bona: nulla tamen sunt si a soliditate fidei separentur. quomodo per virtutem fidei mons motus est de proprio loco. hoc quere in promptuario. f. 6. Quantum ad tertiam partem sermonis scilicet de veneratione reliquiarum que ostendunt in ecclesiis mouende sunt aliquae questiones, Et primo queritur utrum clauis et lancea sint reliquie et crux et corona. Respondet Henricus de Hassia in omel. de lancea christi sic. omnes reliquie sunt consecrate: sed lancea et clauis longe perfectius tactu corpore et sanguine christi. crux que dorso est impressa: et corona que caput pupugit. sed lancea cor diuisit secundum visionem brigitte vidue: et clauis perforauerunt funditus pedes et manus christi. Secundo queritur hic utrum in iudicio extremo adducetur in testimonium etiam lancea clauis et alie res et arma quibus christus in sua passione idus sustinuit suscepit: et despectus fuit sicut crux. Respondit idem quod sic: quia eadem ratio est de corona lancea et aliis rebus et armis christi sicut de cruce Math. 24. Tunc inquit apparebit signum filii hominis in celo Crux. super Math. Crux christi et acatrices christi radiis solis erunt lucentes. Tertio queritur que reliquie sunt excellentiores. respondit sanctus Thomas super 4. dist. 9. que christum tetigerunt ut crux perfusa sanguine in parascueus lancea que cor christi perforauit. et clauis qui perforauerunt manus et pedes christi et similia. Sicut enim secundum Bedam christus tactu sue mundissime carnis vim regeneratiuam aquis dedit et contulit. ita christus tactu sui corporis et sanguinis consecrauit preterita et nobilitauit: et amplius veneranda sunt quam sanctorum ossa et reliquie. Quarto queritur de causis sanctorum quare reliquie sunt venerande. respondetur secundum Augustinum de ci. dei et secundum Crisostomum quinq; de causis. Prima est quia deus ipsemet veneratur quotidie miracula faciendo per eas. vnde Gregorius primo libro dialogorum: quod sanctus libertinus per sancti honorati caligam quam secum deuote portauit puerum suscitauit. Secunda causa quod ostensio reliquiarum fidem future resurrectionis auget in nobis. quia anima istius sancti qui nunc fruatur deo in celo. fuit in presentia unita istis reliquiis et adhuc in futura resurrectione et conuerso uiuetur ipsi corpore: in caritate eterna. Tercia causa est

Math. cap. 24.



## Sermo

quia corpora sanctorum fuerit in presenti templum dei & organa  
& instrumenta spiritus sancti per que operatus est virtutes & bona  
opera & etiam miracula que leguntur de ipsis: etiam in presenti  
vita facta. Quarta causa est. quia reliquie sunt bona amicorum  
& conciuum nostrorum qui nos precesserunt vel nobis reliquias  
reliquerunt in memoriam suam: sicut filius plus diligit instru-  
menta patris sui mortui & diligentius custodit. similiter filia plus  
diligit angulum vel cultellum modici valoris matris sue de funde  
quam florenum. Quinta causa est. quia sancti quorum reliquie vene-  
rantur hic in terris sunt apud summum regem nostri aduocati &  
intercessores in celis. Ultimo nota quod sanctos inuocamus & hono-  
ramus scilicet petrum paulum et alios sanctos canonizatos publice  
& priuate: sed non canonizatos secundum Innocentium inuocare possu-  
mus priuate: similiter imagines sanctorum veneramus ut reliquias  
& eorum corpora & ossa & res quas possederunt vel tetigerunt vel  
vestes et similia que licet sunt insensibilia tamen reliquie sunt et  
in eis non terminamus precise venerationem: sed in istis quorum  
res sunt & fuerit. & signa & memorialia sunt sanctorum: sicut utens  
berillo non terminat visum ad berillum. sed ulterius ad librum.

### Dñica secunda post pascha epla Petri Epi. 1. Cap. 2.

**D**ivissimi. christus passus est pro nobis relinquens vobis  
exemplum ut sequamini vestigia eius qui peccatum  
non fecit nec inuentus est dolus in ore eius: qui cum  
malediceretur non maledicebat. cum patretur non com-  
minabatur. tradebatur autem iudicanti se iniuste. qui pec-  
cata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum ut pec-  
catis mortui iustitiam viuamus: cuius liuore sanati estis.  
Eratis enim sicut oves errantes: sed conuersi estis nunc  
ad pastorem & episcopum animarum vestrarum.

### Sermo. xxi. super epistola precedenti

**C**ristus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum  
ut sequamini vestigia eius. 1. Pe. 2. Spiritus sanctus qui  
bonarum mentium institutor et rector est statuit per ecclesiam  
sanctam quod hodie legitur in epistola videlicet de passione christi:  
ne magni pietatis & caritatis sacramentum dominice passionis  
spirituali gaudio resurrectionis quo iam iubilatur frequenter  
et continuatur in cordibus fidelium in oblivionem transeat: quia  
oblivio passionis christi valde timenda est propter augmentum  
divini beneficii Verbi. Super omnia te mihi reddit amabilem



bone ihesu calix quem bibisti: opus redemptionis nostre. Nihil  
 allicit blandius: nihil exigit iustius. nihil stringit fortius: nihil  
 afficit vehementius. Item timendum est qd domus in die iudicii  
 improperabit obliuiosis & ingratis passionem suam et beneficia  
 impensa: unde doctor effre. in li. de die iudicii ait. Ipse xpus in  
 die iudicii rationem queret a nobis pro obliuioe & negligencia  
 nostra & dicat. Propter vos incarnatus fui & in terra palam con-  
 uersatus sum: cum palmis & sputis in faciem cecus & crucifixus:  
 cum aceto potatus. Paradisum vobis obtuli: regnum aperui &  
 spiritum sanctum mihi: quid ultra facere debui & non feci. Dicite  
 mihi peccatores hinc naturaz passibiles & mortales quid pro me  
 passi estis dominatore vestro cum ego pro vobis impassibilis et  
 immortalis passus & mortuus sim. ergo debemus esse grati et non  
 obliuisci passionem xpi Cris. Non est adeo vtile aliud propter  
 quod gratias agere debemus qd propter mortem ipsius cristi: in  
 lignum huius beatus Petrus aplos reducit nobis ad memoriam  
 actus passionis xpi in verbis premissis dicens. Xpus passus est pro  
 vobis &c. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo de  
 passione xpi. Secundo de illis qui maledicunt deo & sanctis. Tercio  
 de bona spe quam debemus habere ad christum qui est pastor &  
 eps animarum nostrarum. Quantum ad primum attendendum  
 est qd beatus Petrus aplos non dicit hic que et quanta passus  
 est xps: sed simpliciter dicit. Xpus passus est pro nobis. Ratio  
 est. quia xps multa quasi inexplicabilia pro nobis est passus. et  
 hoc ex magna caritate qua ad nos habet Joh. 15. Maiorem ca-  
 ritatez nemo habet qd xpus. O homo quo amore diligit te dñs  
 deus attende. Pro te ligatus est vt a vinculis te absoluat. pro te  
 iudicatus est vt a iudicio extreme damnationis te liberaret. pro  
 te coronatus est spinea corona in terris vt te coronaret in celis:  
 pro te vulneratus est vt te ab eterna morte suscitaret. vno tantus  
 fuit amor xpi vt dicit Aug⁹ qd si crist⁹ marie filius tot corpora  
 habuisset quot membra habuit & quot stelle in firmamento celi  
 sunt & quodlibet membrum ppriam vitam habuisset: nihilominus  
 omnia in mortem tradidisset ante qd hominem de potestate dyaboli  
 non liberaisset: sequitur hic. Vobis relinquens exemplum: vt  
 sequamini vestigia eius. Vbi sciendum qd vias duras intravit &  
 nos leues. Prima fuit de celo in vterum virginis: vbi defectus  
 nostros assumpsit. Secunda fuit in mundum miseris plenum.  
 Tercia in egyptum statim post marie purificationem vbi in exilio  
 per septem annos mansit. Quarta conuerso rediens in iudeam



## Sermo

post obitum herodis. Quinta quolibet anno iuit in iherusalem  
in templum cum parentibus suis. Sexta pedibus circumibat per  
vicos et castella predicando: et infirmos sanando. Septima in  
parasceues vbi post cenam agni paschalis captus est et ductus  
primo ad annam. secundo ad caypham. tercio ad pylatum. quarto  
ad herodem. quinto iterum ad pylatum. sexto ad locum flagella  
tionis. septimo a pylato ad ostendendum populo qui dixit. Ecce  
homo ecce rex vtrius. octavo ad locum iudicii vbi ad mortem iudicatus  
est. nono ad locum caluarie vbi crucifixus est Augustinus de vera reli  
gione. Tota vita christi quaz per hominem gessit disciplina morum  
fuit. omnia bona mundi christus contempsit et contemnenda docuit  
et omnia mala sustinuit que sustinendo peccata suscepit. Disce  
a christo modestiam: disce tolerantiam. christum attende et non dolebis  
fructum. Namque pro nobis passus flagellis telus asputus derisus  
confixus spinis coronatus cruce damnatus semper contuit et oia  
patienter sustinuit. sequitur hic. Qui peccatum non fecit. Unde  
querit hic primo vtrum aliquis possit viuere sine peccato veniali  
dummodo est in hac vita. Respondetur quod si loquimur de tertia  
vita hominis qui peruenit ad etatem adultam de excellenti et speciali  
gratia est quod talis sine peccato veniali sit sicut videtur beatus Augustinus  
dicere de beata virgine que nunquam venialiter peccauit. Unde si  
omnes sancti interrogarentur utrum peccassent: omnes vna voce  
responderent. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus:  
veritas in nobis non est Proverbium 24. Septies enim in die cadit  
iustus et resurgit. Secundo queritur vtrum homo potest viuere  
sine peccato mortali. Respondetur quod sic cum diuino adiutorio  
et dicere oppositum est hereticum. vnde magister sententiarum libro 2. dist. 36  
Illos cum manicheo errare dicimus qui dicunt hominem mortale  
peccatum non posse vitare: vnde Augustinus et allegatur in decretis.  
Omne peccatum a deo voluntarium est quod nullo modo esset peccatum  
nisi voluntarium: sequitur. Nec est inuentus dolus in ore eius:  
Contra hoc faciunt qui dolose et fraudulenter cum proximo lo  
quuntur qui habent mel in ore et fel in corde et sic proximum suum  
decipiunt. Sciendum quod aliquis qui fraudulenter loquitur de alio  
et vult quod audiens etiam loquatur malum de eodem homine du  
Secundo in proximum cui mittitur dare occasionem obloquendi  
pliciter peccat. Primo in seipso: quia fraudulenter loquitur.  
Quantum ad secundam partem istius sermonis dicit hic apostolus  
Petrus. Cum maledixerit. Unde hic querit que sit pena male  
pferentis contra deum maledictum vel sanctos. Respondet secundum quod habet

*Joan. in epistola prima: capite primo  
Ladueris. cap. 2. 4.*



in iure canonico. Si contra deum vel sanctum maxime contra bea-  
 tae virginem talia presumpserit debet septem diebus dominicus pre-  
 foribus ecclesie manifeste stare cum dicitur missa: ita ut ultimo  
 die nec pallium nec calciamenta sed corrigiaz circa collum habeat  
 et quod septem precedentibus feriis sextis ieiunet in pane et aqua nec  
 ingrediatur ecclesiam: et in quolibet dictorum dierum tres reficiat  
 pauperes. et si non potest tres saltem duos vel unum. et si hoc non  
 potest illud sibi in penam aliam commutetur. et si predicta renuerit  
 debet et interdicta introitus ecclesie et in obitu debet carere ecclesi-  
 astica sepultura: hoc secundum Godfridum de tribunali si autem: ceterum  
 in iudicio discretus sacerdos hunc rigorem temperabit. sequitur  
 Non maledicebat. Unde hic queritur an homo debeat sustinere  
 aliquam maledictionem sibi a malis hominibus imprecatam. Re-  
 spondetur quod iustus et bonus debet patienter sufferre propter de-  
 tales maledictiones. quia multum sibi prosunt videlicet ad meritum  
 vite eterne. unde dicitur in Ps. *Maledicent illi et tu benedices*  
*Aug. 9. Si iustus est qui maledicit premium et pro maledictione*  
*redditur. Sed si e converso maledicat sibi maledicenti ex corde et*  
*cum deliberato animo siue in occulto siue in manifesto tunc deus*  
*grauiter offendit et damnationem anime incurrit. Quantum*  
*ad tertiam partem dicit hic. Nunc conuersi estis ad pastorem et*  
*episcopum. et christum qui pascit vos in presenti cum corpore et sanguine*  
*suo: et ad illum pastorem debemus habere bonam et firmam spem*  
*quod velit nostri misereri et nos saluare cum electis in celo. Hic querit*  
*utrum spes sit in beatis. Respondetur quod non et hoc probat per*  
*magistrum sententiam. li. 3. dist. 16. ubi dicit. Spes est certa expectatio*  
*future beatitudinis: ideo cum beatitudo non sit futura in beatis*  
*sed presentis ideo spes sicut fides euacuabitur in patria. Item querit*  
*utrum spes inest damnatis: respondet sanctus Thomas quod non*  
*Primo probatur: quia spes habet gaudium secundum illud Ro. 5. et*  
*Spe gaudentes etc. sed damnati non sunt in gaudio: sed in dolore*  
*et luctu Math. 22. Ibi erit fletus et stridor dentium. unde Psal. 65*  
*Serui mei comedent et vos esurietis etc. Secundo sic probatur: ad*  
*conditionem damnatorum pertinet ut ipsi sciant quod nullo modo*  
*possunt damnationem euadere et ad beatitudinem peruenire Job*  
*15. Non credit quod reuertit possit de tenebris ad lucem. Unde ex ista*  
*dictis patet quod spes est solum in viatoribus. et in hominibus in mundo*  
*adhuc uiuentibus: ideo bonam spem habere debemus in dominum*  
*nostrum iesum christum: quia ipse est qui vult omnes homines saluos*  
*fieri: quod ostendit in vita in morte et post mortem. In vita ostendit*

*Magister Sententiarum dist. 16.*



## Sermo

quia peccatores recepit ⁊ manducauit ⁊ bibit cum eis. vnde ipsi  
in dei scandalizati sunt dicētes. Sic peccatores recepit ⁊ manducauit  
cum eis ⁊ bibit. vnde nominauerunt eum voratorez ⁊ amicum  
publicanozū. Item ostendit hoc in morte. In morte autē pendens  
in cruce pro crucifixozibus orauit dicens. Pater ignosce illis q̄a  
nesciunt quid faciunt. Inimicos saluari voluit ex eo q̄ pro eis ro  
gauit ⁊ orauit sicut ⁊ ceteros hoīes vult saluos fieri ⁊ postmodū  
plures homines conuersi sunt ⁊ saluati per orationem xpi vt dī  
Mt. 2. vbi petrus tria milia hominum ducit in vno sermone  
Item ostendit quotidie post mortem et post suam ascensionem  
quia in omni tēpore beneficia sua impendit tam bonis q̄ malis.  
Matth. 9. Qui solem suum facit oriri ꝛ. Insuper dat premia cō  
munia in celo penitentibus cum illis qui nunq̄ deum in aliquo  
peccato mortali offenderūt Matth. Accēperūt singulos denarios  
glor. eternitatez. licet differunt in merito ⁊ gaudio: tamen oēs  
habent eandem eternitatez in celo Joh. 14. In domo patris mei  
multe mansiones sunt: vnde magister sententiā dicit li. 4. dist. 4.  
Elect⁹ ab electo differt in claritate mentis ⁊ corporis. vñ Xpls  
Reddet vnicuiq̄ iuxta opera sua. ⁊ q̄ dat penitentibus qui in  
male vixerunt cum innocentibus vitam eternam hoc ostensum  
est in meretrice quam sanctus pascens per heremum in celum ⁊  
postmodum intrauit post. 15. dies. hoc quere in promptuario.

### Unica tertia post pascha epla Petri apli.

**Q**uoniam obsecro vos tanq̄ aduenas ⁊ peregrinos  
abstinere vos a carnalibus desideriis que militant  
aduersus animam. Conuersationē vestram inter  
gentes habentes bonaz vt in eo quod detraçant de vobis  
tanq̄m de malefactoribus ex operibus vos considerantes  
glorificent deuz in die visitationis. Subiecti estote omni  
creature propter deuz. siue regi q̄si precellenti: siue dudo  
tanq̄ ab eo missis ad vindictam malefactorum: laudem  
vero bonorum. Quia sic est voluntas vt beneficientes ob  
mutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiā  
Quasi liberi ⁊ non q̄si velamen habentes malicie libertatē  
sed sicut serui dei omnes honorate: fraternitatem diligite.  
deū timete: regem honorificate. serui subditi estote in omni  
tempore dominis: non tantum bonis ⁊ modestis sed etiaz  
disciplinis. Hec est enim gratia in xpo ihesu domino nostro.

### Sermo. xliii. super epistola precedenti.



**xxii**

**Q**uem timete. ita scribitur. 1. Pe. 2. In quibus apostolus Petrus hortat nos ad timorem dei habendum qui valde necessarius est cuilibet homini qui cupit saluari. Vbi timor dei non est ibi salus non erit. ergo dicit Ap[osto]lus hic. Deu[m] timete. Vnde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo quare quilibet homo debet deum timere. Secundo quot sunt species timoris. Tercio que proueniunt homini de timore dei. Quantum ad primum sciendum quod deus tribus de causis timendus est a quolibet. Prima est propter suam potentiam. Sunt enim quidam et si non habent protectionem siue patris in regno alicuius fugiunt ad aliud regnum ut euadant manus suorum persecutorum. non sic de eo cuius dominationi subsunt omnia: ideo nullus potest manus eius euadere. *Ysa. 17.* Quas manum nemo potest euadere siue effugere. et propter hoc magis timendus est. vnde dicitur in *Ps.* Quo ibo a spiritu tuo et quo a facie tua fugiam. Si ascendero in celum tu illic es. si descendero ad infernum ades. sic quod nec in inferno neque in extremo terrarum manus effugere nequeo. Item primo habet potestatem super res temporales quas concessit tibi ad usum quas potest auferre quando cunq[ue] sibi placet seu placuerit. Item super corpus tuum quia potest te facere claudum et cum surdum leprosum. Item super animam tuam. *Matth.* Deum timete qui potest corpus et animam perdere in gehennam. Secunda causa propter suam sapientiam nam omnia cognoscit. oia videt. *Deb.* Omnia nuda et aperta sunt oculis eius. Hoc enim debet nobis omnibus incutere magni timorem in omnibus cogitationibus locutionibus et operibus nostris. *Boetius.* Cum occulta agimus sunt ante oculos iudicis cuncta cernentis. vnde etiam *Aug[ustinus]* de verbis domini. Si peccare vis ad quem locum ibis vbi te non videat deus. Item *Aug[ustinus]* ibidem. Deus est timendus in publico timendus in secreto. cum p[re]dis videris et cum intras videris. lucerna ardet et ipse te videt. lucerna extinguitur et ipse te videt. Exemplum de illo sancto patre quem duxit meretrix ad diuersa loca et ipse dixit. Deus nos hic videt et sic conuertit eam. hoc quere in promptuario. 3. b. Tercia causa est consideratio proprie culpe. nam reus vnius criminis timet coram iudice seculari: quanto magis timere potest homo qui tot et tanta criminum scit se reum esse apud districtum iudicem qui est iniquus tam terribilis ad videndum quod tunc dicent montibus. Cadite super nos ut habetur *Apo[calypsis]. 7.* etiam *3. Iero[sa].* Siue comedam siue bibam illa vox sonat semper in auribus meis. Surgite moerui venite ad iudicium qui redditori sumus districtam rationem de cogitationibus

*Epi 820. j. cap: 2*

*basil. pal. CXXXS.*

*Matth. x. Luc. 12.*

*ad Hebr. cap. 4.*



## Sermo

locutionibus et operibus de tempore et rebus nobis concessis de  
subditis de artificio quilibet de statu suo in quo vixit in presenti  
vita et etiam de bonis omissis et etiam peccata occulta cordis  
et operis denudabuntur in extremo iudicio. Math. Nihil operatum  
est quod non reueletur. Insuper iudex ille erit inflexibilis. nam  
si beata virgo cum omnibus sanctis et angelis promerent in  
iudicio pro aliquo homine existente in peccato mortali iudex non  
exaudiret eos. Proverb. 6. Zelus et furo: viri non parcat in die  
vindictae nec acquiescet cuiusque peccatis. unde Ps. Cum accipero  
tempus ego iustitias iudicabo. 1. Petri. 4. Iustus vir saluabitur  
peccator et impius ubi parabitur. Quantum ad secundam partem  
istius sermonis. Notandum quod quinq; sunt species timoris. Primus  
est mundanus: et est cum quis plus debito timet amittere bona  
huius mundi scilicet res temporales diuitias honores: et hic timor  
est malus et multa mala generat ex se: hic est timor qui quasi innum-  
merabiles innocentes pueros trucidari fecit ab herode. Timebat  
enim ne christum quem tres reges regem iudeorum predicauerunt esse  
regno pararet et gloria mundana. propter hoc paruulos omnes  
in bethleem et in omnibus finibus eius fecit occidi: et hoc ne christus  
posset euadere ut habetur Math. 2. Item hic est timor qui christum  
interfici fecit a iudeis. dicebant enim. Si dimittimus eum sic omnes  
credent in eum: et venient romani: et ille timor iam in presenti  
multa mala facit et multos peccatores et inimicos dei constituit:  
hic est timor qui facit multos usurarios raptos fures et fallacios  
monetarum etc. hi omnes timent temporalia sibi et sicere si cum  
veritate et iusticia deberent vendere et emere. Unde hic queritur  
vtrum timor ille sit peccatum mortale. Respondet quod quandoque  
timor ille est mundanus qui quandoque est actus inicalis peccati scilicet cum  
potius quis peccaret mortali quam illo lucrando careret vel bona temporalia  
perderet: lignum est quod ille temporalia plus diligit quam deum: et  
quandoque est peccatum veniale et quandoque mortale. Secundus  
timor est humanus cum quis indebite plus timet penas vel mortem  
et etiam semper iste malus est licet minus quam primus. Ille enim timor  
humanus quandoque magnos deiecit. hoc patet in petro Lu. 22  
Qui propter hunc timorem ter christum negauit: et etiam in aliis  
discipulis qui propter hunc timorem fugerunt christo relicto. Sciendum  
quod christus confortat suos contra hunc timorem Math. Nolite timere  
eos qui occidunt corpus. sic confortatus est paulus Act. 2. Non  
solum alligari sed et morti paratus sum propter nomen domini nostri  
iesu christi. sic iacobus et iohannes confortati sunt dicentes. Possumus

*Math. cap. v. Luca. cap. 21.*

*Proverbia. Cap. 6. Sexto*

*74. 1. Petri. 4. Iustus vir saluabitur peccator et impius ubi parabitur.*

*29*

*Math. cap. 2.*



xxiii

bibere calicem istum quem bibiturus es. sic etiā apostoli Act. 5.  
 Ibant apostoli gaudentes et letantes a aspectu consilii. sic etiam  
 martires et virgines fortati sunt. vnde camit. Verba carnis ficuz  
 non timuerit sancti dei martires etc. et sic nos istos sanctos imitari  
 debemus. Sunt autem tres cause propter quas debemus libenter  
 letate et viriliter exponere membra corporis nostri exercitatis et  
 afflictionibus in seruiuo dei: et etiam totum corpus nrm in morte  
 si necesse fuerit. Prima causa est. quia corpus et animam nostram  
 preciosas ab eo recepimus vt ei seruire debeamus. vnde dicit. Ipse  
 fecit nos et non ipsi nos vt ei seruiamus et non huic mundo. Et  
 etiam propter nobilitate anime debemus corpus nrm exercere  
 et exponere. na anima nobilio est corpore: et ideo corpus debet  
 exponi pro ea. sicut natura in animalibus exponit minus nobile  
 pro nobilio. Exemplum de hie qui naturali exponit brachiū  
 pro capite in quo est vita. ideo dicit Math. 10. Estote prudentes  
 sicut serpentes: quorum prudentia in hoc comendatur. Sed heu  
 plures sunt qui plus timent lesionem corporis qm anime: et cum  
 infirmant vel lesi sunt in corpore vel in anima simul tunc plura  
 faciunt pro prolongatione et sanitate corporis qrendo experiores  
 medicum cuius iussionez implent etiam si deberent ire ad quoz  
 vel sex miliaria et etiam expendendo summā pecunie qui pro aia  
 vix irent ad proximam ecclesiam ad audiendū sermones; vel vix  
 darent denarium pauperibus pro salute anime Greg. 9. Mortem  
 carnis ois homo timet. mortem autem aie pauca. Homo laborat  
 ne moriatur moriturus: et non laborat vt non moriatur semper  
 viturus. Secunda causa est. qm deus nobili corpus dabit post  
 resurrectionem quod erit tanq sol. et quanto plus hic exercet in  
 arduis et bonis exercitiis: tanto clarior erit Math. 13. Fulgebūt  
 iūta tanq sol. vnde Anselmus. In illa vita pulcritudo iustoz  
 solis pulcritudini qui septem plures qm modo sit erit splendor  
 adequabit. Velocitas siue agilitas tanta nos comitabit vt an  
 gelis dei eq celeres simus a celo vsq ad terram et conuerso citius  
 dilabimur. Tercia causa est. quia pro nobis mortuus est xps qui  
 nobilissim rex terre et dñs oim creaturarum Eph. 5. Tradidit  
 semetipsum pro nobis in cruce et in morte Bern. Iuste sibi meā  
 vendicat vitam qui pro me suam posuit Ps. Quid retribuā dño  
 pro omnibus que triuit mihi vnde. 2. lib. Machab. Cum rex  
 antiochus compelleret filios israhel transgredi legē dei. Elea  
 zarus nobilis et honorabilis vir. 90. annoz voluntarie ibat ad  
 suppliciu et patēter desinavit siue sustinuit nō admittere illicita

Matth. cap. decimo.

Matth. cap. decimo.

Barcid psal. 118

In secundo libro Machab. capite 6

h i



## Sermo

39  
propter vite p[er]nitiam amorem. Hi aut[em] qui astabant in q[ui] m[is]eratione  
comoti propter antiqui viri amicitiaz tollentes eu[m] secreto rogabat  
afferi carnes quibus vesci licebat vt simularet se manducasse sic  
rex mandauerat de carnibus & hoc facto liberaretur. & ipse dixit  
Non enim est nostre etatis aliquid fingere vt multi adolestentes  
arbitrantes eleazar. 90. annoz transisse ad vitaz alienigenaz  
et ipsi propter modicum corruptibilis vite tps decipiantur: nam  
si in p[re]senti tpe supplicis hoim eripiar: sed manus omnipotentis  
neq[ue] viuens neq[ue] defunctus effugiam. hinc ad hominu[m] supplicia  
trahatur. sed cum plagis dep[re]meretur ingemuit & dixit. D[omi]ne  
qui habes sanctam scientiam manifeste tu scis quia cum a morte  
possem liberari duos corporis sustineo labores: sed propter a[ma]m  
vero & timorez tuu[m] libenter hec patior: & hoc modo defunctus est  
& non solu[m] iuuenib[us] sed vniuersę genti memo[ri]a sui & exemplū  
v[ir]tutis & fortitudinis relinq[ui]t. Sic et quilibet xpianus homo  
potius deberet res & vitaz perdere q[uam] contra p[re]cepta dei facere. q[ui]a  
qui sic occideret martir dei efficeretur. vnde de hoc d[icitur] in decret.  
Qui pro xp[ist]i no[m]i[n]e martirizant proculdubio regnu[m] dei consequunt[ur]  
Tertius est timor seruilis propter quem aliqui non amore dei sed  
timore gehenne vel alteri[us] pene abstinent a malo & faciunt bonu[m]  
Vnde sciendu[m] q[uod] talis timor non est peccatum in se: sed cauere a  
peccato propter timorem siue inferni siue t[er]p[er]alis pene: vel ob seculi  
d[omi]nionem vel damni rei t[er]p[er]alis: sic non furari propter suspendiu[m]  
no[n] luxurari q[ui]a timet impregnari: vel q[uo]dcu[m]q[ue] malum p[ro]hibitu[m]  
sub pena pecunie: ideo iam cauet sibi non propter deuz q[ui]s talis  
exterius non peccet in omni opere. interius t[ame]n peccat propter malu[m]  
culpe. Reus est qui vult q[uo]d non licet. sed ideo non facit quia no[n]  
potest impune fieri. & talia mala que sic cauent solunnō timore  
pene non liberant hoim a penis eternis Aug[ustinus]. Qui gehennaz  
metuit peccare non metuit sed cadere. sicut bona que solo timore  
fiunt & non ex caritate no[n] sunt meritoria. vñ Ap[osto]lus. Si tradidero  
corpus meū. Opera enim extra caritatez non valent ad salutē  
Ex his patet quāta stulticia est timore pene declinare a malo et  
facere bonum et non potius amore dei & p[ro]p[ri]e salutis. Quartus  
est timor inicalis quo quis timet non solum penā sed etiā sepa  
ratione[m] a deo & ille timor est bonus. Ideo enim q[ui]s timet a deo  
separi quia diligit deū: hic timor habet duos oculos scz dextrū  
qui sursum respicit et timet separari a deo: sinist[er] quo respiciēs  
deorsuz timet m[er]ere penas eternas: istos duos oculos q[ui]libet  
habere debet. et ad illos inducit nos scriptura Mat[theus] 3. Omnis

In secundo libro  
Machabeorum  
Capite 6

29  
Deus ad Corin[thios] in prima  
Epistola Capite decimo tertio



xxiii

arbor: que non facit fructū bonuz separabitur a deo: ecce primū  
 ⁊ in ignez mittet ecce secundū. iste timor initialis trahit a malo  
 Prouerb. 6. Qui in timore dñi est declinat a malo. Eccl. 15. Qui  
 timet deum faciet bonum. Dñr aut timor ille initialis: quia est in  
 incipientibz. Quintus est timor filialis cum timet de⁹ nec ppter  
 cōmodum nec ppter veniam: sed timetur offendi ppter amorem  
 et bonitatem suam: et dñr filialis quia pertinet ad perfectos. iste  
 amor facit hoīem solitum ⁊ cautum: quia tales semper stant in  
 timore dei ne offendāt oculum diuine maiestatis. exemplum de  
 Job. 9. qui dicit. Verebar oia opera mea: sciens qd non paris  
 delinquenti. Item timent sibi de occultis. Sciunt em hm Aplm  
 q̄uis nihil fuit sibi scius in aliquo p̄cto: tñ non ideo iustificat⁹  
 fuit. et ideo timent sibi ne aliquod p̄ctm habeant occultum qd  
 deo displacet. exemplū de Dauid qui timens sic dicit in Ps. De  
 licta quis intelligit ab occultis meis mda me: iste timor facit eos  
 plus dolere de puis peccatis q̄ aliquos p̄ctores de magnis. Itz  
 facit aliqn eos timere de culpa vbi non ē culpa Greg⁹. Bonaz  
 mentium est ibi culpā timere vbi culpa nō est. Quantum ad  
 terciam partez sermonis sciendū qd timor dei asfert homini q̄nqz  
 bona. Primo sufficientiam t̄paliū in vita p̄senti Ps. Timete  
 dñm omnes sancti eius: quoniam nihil deest timentibus eum.  
 Secundo confert vite prolongationez Prouerb. 10. Timor dñi  
 appodiat dies: insuper in extremis vult ei subuenire Eccl. 1. Ti  
 menti deū bene erit in extremis: in diebus de fundationis sue bene  
 dicetur. Tercio misericordiam dei impetrat Ps. Quō miseretur  
 pater filioz miseratus est dñs timentibus se: in signuz h⁹ patus  
 est dñs voluntatem ipsozum adimplere et peccoz eoz exaudire  
 Ps. Voluntatez timentū se faciet. Quarto in bono statu seruat  
 hoīem ad gratiam dei Bern. In veritate didici nihil ita valere  
 ad grām promerendam ⁊ conseruandam q̄ si videaris non alta  
 sapere sed semper timere: ergo quicunqz vult manere in grā dei  
 et eū post pascha a se nō repellere debet semp stare in timore dei  
 Eccl. 27. Si in timore dei te non tenueris cito subuertetur dom⁹  
 tua Bern. in tractatu de septē domis. Connexa sunt quidē timor  
 ⁊ religio nec remanere potest altez sine altero: quia timor radix  
 est ⁊ custos oīm bonozum. Quinto confert eternam beatitudinē  
 post hanc vitam. vnde Ps. Dediti hereditatē timentibz nomē  
 tuum dñe: vnde etiam Eccl. 37. Timenti deum beata est anima  
 eius. ⁊ habebit beatitudinez eternam: ymo timor dei in presenti  
 purgat ⁊ disponit animā ad euolandum cito in celum Job. 12.

*Eccl. capite. 15.*

49

*Job. capi. 9*

*Psalm. 33.*

*Prouerbior. capite. decimo.  
Eccl. cap. primo.*

*Eccl. cap. 27.*

*Psalm. 60.*

h z



## Sermo

Territi purgabunt. exemplum in dyal. Greg. de quodam viro  
sancto qui mirabiliter in morte timuit. Cū autē apparuisset quidam  
in veste splendida et quereret quare sic timuisset. Respondit quod ille  
timor oīno eū purgauit et statim post obitū ad celum euolauit.

## Die tertia quarta post pascha epla Jacobi

**Q**uissimi. omne datū optimū et omne donū perfectū  
de sursum est descendens a patre luminū apud quē  
non est transmutatio nec viciūitudinis obūbratio  
Volūtarie em̄ genuit nos verbo veritatis vt simus in iudicū  
aliquod creature eius. Scitis autē fratres mei dilectissimi  
Sic autē omnis homo velox ad audiendum. tardus autē  
ad loquendū et tardus ad iram. Ira enim viri iusticiā dei  
non operatur: propter quod abūidentes oēm inmundiciam  
et abundantiam malicie in mansuetudine suscipite vobis in  
scitum verbum quod vobis test saluare animas vestras.

## Sermo. xliiii. super epistola p̄cedenti.

**Q**uone dāum opamā et omne donum perfectū et Jaco. i. cap. i.  
Ex quo sumus dotati magnis. ne igit̄ extollamur beatus  
Nam celum dicit. Ego ministro tibi lucem in die ut vigiles. te nebras in nocte ut pauses. Aer dicit. vitalem prebeo tibi flatum et omne genus animi ad obsequium tuum mitto. Aqua dicit. Potum tibi prebeo. sordes purgo. arenia rigo et diuersa genera piscium ad esum tibi ministra. Terra dicit. ego te porto. nutrio vno letifico. Unde Hugo in libro de arra anime. Homo respice mundum istum. omnis naturalis creatura ad hunc finem cursum suum dirigit ut tuis utilitatibus deseruiat. tuis delectationibus occurrat. Celum tibi deseruiat per suum motum. Lumina celi per suum influxum. Sol creat tibi diem. luna illuminat tibi noctem. ignis temperat tibi aeris frigiditatem. aqua mundat tibi fetorem et mitigat litis ardozem et secundat terre rigorem. Terra vero sustentat sua soliditate. recreat sua fecunditate. delectat sua amenitate. Ecce quomodo omnis creatura cursum suum dirigit ut tuis utilitatibus deseruiat. vox ammonentis est mundus que dicit. video homo quanto amauit te amore. qui pro te fecit me. seruius tibi qui factus sum propter te ut et tu seruias illi qui me propter te et te propter se fecit. Si sentis beneficiis redde debitum. accipe benignitatem redde caritatem et hoc exigit a te. Causa autem quare deus a nobis amari voluit est libertas sua scilicet ut habeat occasionem glorificandi nos. psal. Nimis honorati sunt amici tui deus. Item vox comminantis malum sunt ipsa elementa. Primo igitur ignis dicit peccatori obstinato nolenti penitere. a me comburens. Infernus dicit a me deglutieris. Item hic diligenter considerandum est quod corpus et membra corporis instruunt hominem qualiter homo exterius et interius debet se regere et habere: ut scilicet possit deo placere et saluus fieri. Primo pedes nos instruunt in hoc quod solis planetis terram tangunt. in quo ostendit quod non debemus amare terrena nisi quantum ad necessitates ut scilicet tantum sufficiat nobis de illis quantum necessarium est ad sustentationem. **T**hi. primo habentes abimenta et quibus tegamur hiis contenti. **2.** **Q**uoniam puer bio. 2. 30. **Q**uiditas et paupertates ne dede. **2.** **S**ecundo manus eius instruunt nos in hoc quod frequentiori lotionem indigent ad suam munditiam. quod singulis diebus oportet eas leuari. In quo ostendit quod frequenter per attritiones cogitationes verba et opera nostra leuari debemus si volumus esse mundi. et signanter de sero debemus etiam antequam ponamus nos dormire ad lectum. **J**uxta exemplum **D**avid in psal. **L**auabo per linguam. **2.** et statim ignoscit de



us homini peccata sua **Ezech. 14.** In quacūq; hora ingemuerit peccator saluus erit. et de mane debet deo offerre omnia opera sua et labores suos **Greg. in moral.** Omne bonū quod agimus p̄ intentionem semp̄ ad cœlestia leuemus **Dumb.** Quotidie mane surgentes cuncta deo que facturi estis offeratis etc. **¶** Quinto die cōuocatis cogitationibus et operibus illo die cōmissis vobismetipsis capitulum teneatis. **¶** Tertio os instruit nos in hoc q̄ vnicūq; os habemus et duos oculos et duas aures in quo monemur ad moderantiam in verbis. **¶** Vñ sapiens. **¶** A natura duas aures et vnū os accepimus eo q̄ plus audias q̄ loquaris **Prover. 10.** Qui moderat labia sua prudentissimus ē. In hoc autē q̄ os hominis parū est nullam em̄ animal magni capitis vel corporis s̄m̄ **Aristo.** ita paruum os habet a natura s̄m̄ q̄ntitatez corpis: sicut homo. In hoc monemur ad temperantiam cibi et potus. **¶** **Duogo de sancto vic.** Parca enim vita occidit vicia. libidinem extinguunt animus roborat mentem ad cœlestia eleuat. **¶** Quarto lingua nos instruit. in hoc q̄ semper est in humido. docemur q̄ de facili labitur homo. facilius em̄ cadit homo q̄n̄ vie sunt humide q̄ quando sunt sicca **Eccia. 14.** Beatus v̄r qui non est lapsus verbo in ore suo. In hoc q̄ lingua habet duas clausuras. on̄ dicit q̄ valde nocua est: nisi aliquāter refrenetur quia leones et animalia ferociora solent includi propter eoz nocuitatem. sic et lingua inclusa est **Johān. 4.** Omnis natura bestiarū et volucrum et serpentum et ceteroz animalium domat̄ et domata ē a natura humana. linguam autē nullus hoim̄ domare potuit. **¶** Unde **Cato** Virtutem primā puta compescere linguam **¶** Quinto aures non instrunt. In hoc q̄ aperte sunt, in quo ostendit nobis q̄ quilibet homo debet esse paratior ad audiendum q̄ ad loquendum **¶** **Juxta illud Jacobi. 1.** Sit autē omnis homo velox ad audiendū etc. In hoc autē q̄ aures hominis sunt minores q̄ brutoz ostenditur nobis q̄ non debemus aures nostras accommodare indifferenter omnibus sermonibus siue bonis siue malis. sed solū bonis et edificatōis **Eccia. 25.** Sepi aures tuas spinis et noli audire linguam neq̄. **¶** Unde etiā **Ap̄lus.** Corumpunt mores bonos colloquia praua. **¶** Sexto oculi instrunt nos in hoc q̄ duo sunt, scz vnus dexter et vnus sinister. **¶** Docemur per hoc q̄ oculos nostri cordis debeamus habere non solum ad prosperitatez que p̄ dextrum significatur, sed etiā ad aduersitatem ne absorbeamur a pusillanimitate, qui vero ē in prosperitate: timere debet



## Sermo

aduersitatem ne in superbiam eleuetur **Ecclia. 7.** In die bonorum immemor sis malorum & in die mala. **Ecclia.** Non sic fecit ille diues de quo **Luc. 13.** qui dixit aia mea habes multa bona posita in annos etc. **Septimo** instrumur in hoc quod non habemus nisi unum caput. & duas manus et duos pedes. & significat quod in corpore cuiuslibet congregationis debet esse unus prelatus principalis. alias ibi pax non erit: siue hoc fuerit in domibus spiritualium siue secularium. **Octauo** instrumur in hoc quod rectitudo corporis monet nos ad rectitudinem animi **Aug.** super **genesim.** Omnium animalium corpora siue que in terris siue que in aquis uiuunt inclinata sunt. et solum erectum est hominis corpus. in quo figuratur est quod mens nostra in internis recta esse debet. **Bernardus.** Noli querere & sapere que sunt super terram. Rectitudo anime est desiderare et meditari que sursum sunt. **Nono** amor membrorum ad inuicem in corpore uno. omnia ostendunt amorem ut diligamus inuicem. **Applius.** Si quod patitur unum membrum contempnit omnia membra. Amorem proximi debemus factis ostendere **Pieroni.** Vult enim deus ut unusquisque alterius angustias ut proprias sentiat. & quomodo sibi si in tali tribulatione esset subuenire cuperet: ita ipse alteri propter deum subuenire proponat. **Quantum** ad tertiam partem huius sermonis sciendum quod tria sunt signa per que quis cognoscere poterit an deum diligat. **Primum** est si quis sepe cogitat de deo et etiam libenter audit loqui & solite facit omnia in quibus se deo posse existimat contempnere. **Greg.** Probatio dilectionis exhibitio est operis. **Secundum** signum est obseruantia preceptorum dei **Johan. 13.** Qui audit mandata mea et seruat ea. ille est qui diligit me. **Aug.** Intus diligimus deum in quantum mandata eius seruamus. nec plus nec minus. **Idem** intelligendum est de votis spontaneis que obligant cum preceptis. **Tertium** signum est diligere proximum sicut teipsum. unde subdit in epistola. Qui non diligit fratrem suum quem videt. deum quem non videt quomodo potest diligere. **Et hoc** mandatum habemus a deo ut qui diligit deum diligat & fratrem suum. Ratio huius est. quia dilectio dei includit in se dilectionem proximi. **Augustinus** Omnis homo in quantum homo diligendus est propter deum deus autem propter seipsum. **Unde** **Dumb.** super regulam **augustinum** Solet se deus habere ad homines sicut se habet homo ad fratrem suum



**Unica secunda post penthecosten**  
**Epistola Johannis Apostoli. in 1<sup>a</sup> Epistola. Capi. 3.**

**C**arissimi Nolite mirari si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam quoniam diligimus fratres. qui non diligit manet in morte. Omnis enim qui odit fratrem suum homicida est. Et satis quoniam omnis homicida non habet vitam eternam in se manentem. In hoc cognouimus caritatem dei, quoniam sicut ille pro nobis animam suam posuit. et nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui enim habuerit substantiam huius mundi et viderit fratrem suum necessitatem patientem et clauerit viscera sua ab eo quomodo caritas dei manet in eo. Si uero mei non diligamus uerbo neque lingua sed opere et caritate.

**Sermo super Epistola precedenti. xxix.**

**N**olite mirari etc. In euangelio hodierno agitur de cena cum discipulis. Homo quidam fecit cenam magnam ad quam cenam peruenit per caritatem. Ideo Johannes in epla precedentis dominice inuitat nos ad dilectionem dei. et in epla hodierna inuitat nos ad dilectionem proximi dicens. Nolite mirari si odit vos mundus. Glosa. Dilectionem habete: nec propter mundi odium uel persecutionem dimittite. quia temptationibus probamur sicut aurum in igne. ergo dicit. Nolite mirari. **U**n in presenti sermone tria sunt dicenda que tanguntur in epistola. **P**rimo de odio mundi. **S**ecundo de inuidia proximi. **T**ercio de subuentione proximi cum uno exemplo. **Q**uantum ad primum sciendum quod boni non debent mirari si mundus eos odit. **R**atio huius est quia odit christum. **J**ohannis. 15. **S**i mundus uos odit scitote quia me peiorem uobis odio habuit. **A**ugustinus **M**agna consolatio est membris ex capite. **M**at. 23. **N**on est discipulus super magistrum. nec seruus maior domino suo. **J**ohannis. 15. **S**i me persecuti sunt et uos persequentur. **E**t quod grauius est sine causa christum odierunt. **U**nde dicit in psal. **O**dio habuerunt me gratis. **S**ic adhuc multi faciunt qui prelatos odio habent. quia ueritatem predicant et eos pro excessibus suis corripunt. **U**nde eos potius amare debent. et tales similes sunt iudeis qui christum habuerunt et sibi mala pro bono reddiderunt. **U**nde

*Joan. 15.*  
*Matthaei Capi. 23. Lucce. cap. 6.*  
*et Joani. Epistola 13. et 15.*



## Sermo

Psalm. Sexagesimo octavo

Eccl. xij. cap. 14.

Michae. Vj. Cap.

Leuit. vno. 23. Cap.

Unde dicit in psal. Deleantur de libro viventium. Unde hic querit que sunt cause quare mali odiunt bonos. Rñdetur qd h fit pñcipaliter tribus de causis. Prima causa est dissimilitudo. Sicut similitudo est causa amicitie et dilectionis: sic dissimilitudo et defermitas est causa odij. Nam videmus qd illi qui sunt magis similes in facie vel in complexione vel etiam in sanguine vel natura magis afficiunt ad se invicem et magis mutuo se diligunt. Et illa est causa quare inter ludentes quos aliquis videt primo aspectu afficitur magis ad unum qm ad alium. et potius vult qd ille lueretur plus qm alius. Ideo est similitudo causa amoris et favoris. Unde Eccl. 13. Omne animal diligit sibi simile. Secunda causa est: quia homines mundi qui mali sunt seipos odio habent. ~~Eccl. 13.~~ Qui sibi nequaz est cui bonus erit. qd aut mali seipos odio habent: patet ex hoc. qz amant vicia. et qui amat vicia odit animaz suam. nonne ille odit abum qui amat maluz eius. ergo odit seipsum qui amat vicium ppum quod est contra deum et salutem ppam. Insuper mali odiunt meliores amicos. quos hnt. Unde Michae. Inimici hominis domestici eius. Nonne odit usurarius illos quos magis amare debuit scz vxores filios et filias dum eos strangulat faciendo eos sentire peccato. Sic etiam qui pucros educat in delicijs et in superbia. Vñ peruat eos eternis gaudijs. Tercia causa est. quia boni cu opibus suis et virtutibus testimoniu phibent de malis huius mundi: quia opera eius mala sunt. Opera enim xpi scz humilitas ipius ostendit superbiam mundi esse detestabilem et sic de alijs virtutibus xpi. Sic et nunc bonoz hominuz opera et exercitia: ostendunt opera mundi. i. maloz hominuz esse prava et testif. cantur contra eos facta: licet taceant verbis. Largas bonoz quo ad pauperes testif. cantur contra paritatem diuitum. humilitas contra superbiam. patientia contra impatientiam. veritas contra mendacitatem. caritas contra crudelitatem. dilectio contra inuidiam. abstinentia contra gulam. Item notandum qd licet mali odio haberi debeant. tamen eos diligere debemus ppter tria. Primo ppter deum. quia quis iam in gratia non sunt: nec filij dei sunt, tñ adhu in tali statu pnt conuerti ad deum et filij dei fieri et saluari. Secundo ppter nosipos quia purgant nos a pctis nostris et augmentant nobis gaudia eterna. Tercio propter ipsos quia qui infirmi sunt magis indigent. Deutro. 23. Non ab hominibus ydumeum. id est peccatorem propter fragilitatem quia frater tuus est.



**xxxix**

Queritur an peccatum sit velle hominibus placere. Respondetur  
 quod propter caritatem nutriendam ut eis quis spiritualiter profice-  
 re possit laudabile est. 1. Cor. 1. Omnibus per omnia. sed propter  
 inanem gloriam vel propter lucrum vel in malis est peccatum.  
 Psal. Deus dissipavit ossa eorum qui hominibus placent. confusi  
 sunt quoniam speravit eos. ad Gall. Si adhuc hominibus placere  
 cristi seruus non essem. **Quantum ad secundam partem dicitur**  
**hic. Omnis qui odit fratrem suum homicida est seorsum superius Sap.**  
**16. Gladius eorum intret in corda eorum Aug.** Qui alteri nocere  
 desiderat similis est illi qui gladio se transuerberat ut tunicam  
 alterius scindat. Ergo odium in corde est sicut vermis in ligno  
 rabigo in ferro. tinea in panno. Nam sicut ista rodunt proprium  
 subiectum et consumunt prius quam alia. sic invidia rodit inuidum  
 prius. et plus invidus nocet sibi quam alijs. **Unde hic querit utrum**  
**invidia sit peccatum mortale. Respondetur quod triplex est inui-**  
**dia. Prima que provenit ex natura. sic ut quidam ex natura sunt**  
**invidi et hoc non est peccatum quia nullomodo est in potestate**  
**nostra Aristoteles. 3. ethicorum. In desiderijs pauci peccant. ergo**  
**primis motibus sic naturaliter incidentibus immediate et sine**  
**morâ resistendum est: et tunc non nocet. Gregorius Temptatio**  
**cui non consentitur non est peccatum: sed est materia exercitii**  
**de virtutibus. Alia invidia est venialis cum quis tristatur de for-**  
**tunio vel felicitate proximi tamen non est cum plena deliberatione**  
**et sic est solummodo veniale peccatum. hoc patet quia quoniam eius**  
**ratio est serena optat et fauet sibi omne bonum. Tercia invidia est**  
**cum quis dolet de bono alterius ex odio deliberato ut quod eum ex-**  
**cedit in talibus bonis. id est in sapientia siue in rebus temporalibus siue in**  
**fauore hominum siue quia amplioris gloriam habet excellentissimam**  
**et sic est peccatum mortale et in hoc consistit proprie invidia. et istud semper**  
**est malum quod dolet de quo gaudendum est seorsum de bono proximi. Quod**  
**sciendum quod invidia facit hominem penitus infelicem. et hoc probatur**  
**quia invidus de bonis aliorum affligitur. et de bonis proximorum dete-**  
**rioratur et de sanitate aliorum infirmatur et de vita moritur. Ipse**  
**enim se amittere putat quicquid alij lucrant. Et sicut deum di-**  
**ligentibus omnia cooperantur in bonum. sic infelicis invidus omnia co-**  
**operantur in malum que audit vel videt. si sint bona tristatur. si**  
**sint mala letatur et sic demeret Seneca. Quia invidi oculos et au-**  
**res habent in omnibus civitatibus ut de singulis prosperitatibus hominum**  
**torquent. nam quanta felicitas sunt gaudia tanti invidorum sunt gemitus**

Ad Gal. capi. 3.



## **Sermo**

Notandum q̄ albertus in tractatu de virtutibz sic dicit. Argu-  
mentum verissime caritatis ad proximū sunt vere condolere taz  
amico q̄ inimico in qualicunq; aduersitate ⁊ ex toto corde gau-  
dere de omni prosperitate. que duo verissima etiam sunt argu-  
menta odij. cum videlicet de proximo suo cogitat cum tristitia  
vel q̄n ipsum videt in amaritudine cum de ipso loquitur. vel  
etiam audit loqui. Item cum om̄en ipsius impedit diminit et  
peruertit. sed mirabile est q̄ vnq; aliquis sibi deferenda carita-  
te applaudit qui h̄c signa in corde gerit. Multis autē videtur  
sufficere si cupiant proximis salutem eternam quā dare nec au-  
ferre possunt. quam bene optarent iudeis vel paganis nec me-  
mores esse volunt q̄ dñs posuit animaz suam pro inimicis. In  
hoc dedit nobis exemplum vt non tm̄ res tempales sed etiam  
animaz ponere debeamus tempe necessitatis pro fratn̄bz xp̄ia-  
nis. et maxime prelati ad hoc tenentur Johani. 10. Bonus pas-  
stor animaz suam dat pro ouibz suis. **Quantum ad terciā par-**  
**tem huius sermonis dicit hic. Qui habuerit substantiam huius**  
**mundi ꝛc.** In ista parte vltima istius sermonis docet nos ap̄lus  
opera caritatis exhibere proximis indigentibz. P̄n Guill. hug.  
dicit q̄ diuina res ē scire pau peres xp̄ianos fratres suos si in-  
digeant dono vel mutuo eoz sicut iudei iudeos. nullus em̄ in-  
uenitur iudeus publice mendicans quin alieui sibi subueniant.  
Sed inter xp̄ianos sunt multi mendici penuriā sustinentes. pau-  
ci sunt qui ipsis misericorditer subueniunt. Ex quibz verbis pa-  
tet q̄ pauci sunt qui h̄nt veram caritatem dei patris in se manē-  
tem. Vnde hic querit vtꝛ elemosinam dare sit in precepto Re-  
spondetur s̄m Tho. 2. 2. q. 33. arti. q. sic. Obmittens autē eter-  
naliter punietur vt patet Mat. 25. **Ite maledicti ꝛc.** Et hoc est  
intelligendum s̄m q̄ recta ratio requirit s̄m quaz considerandū  
est aliq̄d ex pte dātis. scz id qd̄ est in elemosinis erogand. aut  
sit ei necessarium vel supfluum non solum respectu suū ipsius sed  
respectu alioꝝ quoz cura sibi incumbit. quia plus oportet q̄  
vnusquisq; suis ⁊ sibi provideat ⁊ de residuo pauperibz subue-  
niat. Ex parte recipientis requirit q̄ habeat necessitatez alioq̄n  
non esset ratio quare ei elemosina daret. Vnde dicit in decretis  
Pauperibz non potentibus laborare subueniendum est. nō autē  
omnis necessitas obligat ad preceptum. sed illa sine qua quis su-  
stentari non pōt ⁊ tunc locū habet qd̄ Amb. dicit. **Paste fame**  
**morientem. si non paup̄i occidisti. sic em̄ dare elemosinam ei**  
**qui est in extrema necessitate cadit sub p̄cepto. Alias autē dare**



elemosinam est de consilio: sicut de quolibz meliori dant assilia  
 Circa iam dicta sciendum qd supflua de necessitate precepti sunt  
 eroganda pauperibus. Hoc aut sic probat. quia licet temporalia  
 sunt habentium siue possidentiu ea qntum ad proprietatem. tam  
 etiam sunt alioz quantuz ad vsum scz illoz qui ex eis sustenta  
 ri possunt. **Cris** super **Mat.** Non propter hoc diuitias accepisti  
 vt in lasciuia consumas sed in elemosinam expendas. que enim  
 habes paupz sunt. sed tibi tradita sunt si ex laboribus iustis et  
 hereditate paterna possessor factus es. **Vnde etia Basilus:** Cur  
 tu habuudas. ille vero mendicat nisi vt tu bone dispensatōis  
 meritum assequaris. Ille vero patientie meritis decoret. **Fames**  
 licet panis est que tu tenes. nudi tunica quaz tu in conclau ser  
 uas. calcei discalceati qui penes te marcescunt. **Icaro** tot inius  
 rias comittis quot dare vales a non facis. **Vnde hic** queritur  
 que bona temporalia sunt superflua. **Rndet** quidam doctor. qd e  
 vltra necessitatem honesti status persone. **Primo** ad necessitatez  
 persone illa solum ptinent que sufficiunt ad sustentandū vitam  
 eius corporalem sū complexionem. scz qd rationabiliter possit  
 vires anime a corporis exercere. **Secundo** ad necessitate honesti  
 status pertinent ille diuitie quibz opationes illi statui annexas  
 rationabiliter pot exercere. vt ad villicum requirit aratrum ad  
 militem equus. **Tercio** ad status honestatem requirunt illa bona  
 temporalia quibz indiget homo ad exercenduz opera scientiaruz  
 et virtutum suo statui annexa. **Et** dicit honestas quasi honoz  
 status. **Homo** aut solūmodo virtuosus dicitur qui est deditus  
 virtuti. **Etiam** honestas consistit in multa familia supellectili a ve  
 stimentis. et quicquid vltra illa tria habet superfluum est a pau  
 perum. **Sed** diceret aliquis. habeo pueros a amicos adu quibz  
 subuenire oportet non tm mihi. **Rndet** idem. nam tibi et filiis  
 tuis providere debes sū illa tria iam dicta. **Sed** dicens. solus  
 sum et timeo deficere propter futuros defectus. **Rndet** idem. tibi  
 debes qntum sufficit non ad modicu tempus sed ad honestā vi  
 tam duendam ad diem vel ad annū nisi esses talis qd annuales  
 fructus haberes tunc reseruare posses qntuz sufficeres ad annū  
**Si** aut aliquid superest: indigentibus est distribuendum **Hec** ille.  
**Vnde** dicit **Aug.** Omnia bona sua dedit deus duobz hominibus  
 diuitibus terrena pauperibus celestia. sed deus vt runq saluare co  
 stituit: vt sic diuites sua hereditate colloent pauperes. et vter  
 qd p aliu colloet. **Hec** ille. qd aut diuites qd hic hnt supflua gra  
 uiter peccant nō subueniēdo paupibus. ostendit in decretis. vbi dī



## Sermo

Non minus p̄m̄ est auferre h̄m̄ q̄ negare indigentē, Itē notandum hic q̄ qui e' elemosinā acēpturus attendat si indigeat: alioquin rapinam cōmittit. **Dero.** Monachē si eges ⁊ acēpis das postq̄ acēpis. si autē non eges ⁊ acēpis rapis. Itē q̄ ritur vtz licitū sit diuitibz per sanos homines facere pegrinationes cū elemosina. **R̄ndetur** q̄ non licet. hoc sic probat. quia hoc votum est in p̄iuditiū paupezz quibz debet de iure elemosina ⁊ qui laborare non p̄nt. sed ille diues per se habet promptas pecunias seu alia bona. ⁊ ille sanus ⁊ fortis homo potest per labores suos acquirere sibi necessaria p̄ aliam viam. **V̄n** dicitur in decretis. Non licet homini sano mendicare. nec homines tenentur ei dare elemosinas suas sed d̄nt dare infirmis: pauperibus, debilibz clericis ⁊ religiosis qui fideliter seruiūt deo in septēz horis p̄soluendis. in missis legendis. in sermonibz ⁊ cōfessionibus audiendis. **V̄nde** d̄r in decretis. **B̄n̄f̄itium** est maxime danduz hiis qui in ecclesia vigilant ⁊ deo seruiunt. **Ultimo** nota exemplum quōd mali in p̄nti odiunt et persequunt bonos ⁊ innocentes. **V̄nde** Jo. nyder refert q̄ fuit quidam predicator sacerdos graciosus in ecclesia collegiata ebrūensi qui p̄ verbum dei. q̄d seminauit graciosē cū sanctitate vite qua se virtutū speculaz exhibuerat multoz animas sua exemplo lucrificat creatori ⁊ exinde fauorem magnū a p̄lo acquisiuit. **Sed** contrario a clericis qui contra fratres esse debuerant in eadem ecclesia odium magnū incurrit. sua em̄ compatione maloz clericoz vita sordebat qui cum in aperto virum p̄sequi non audebant: nec eū suo spoliari b̄n̄f̄itio ⁊ honore: ypocrite cōtra eum nephandissimū mendaciū confingerunt. nam occulta clauē vnā meretricem ad cameraz viri procurauerūt ⁊ eo absente intromiserunt. eidem meretrici p̄cium promiserūt vt camera ab intra accenderet igne. **Et** pro adiutorio de camera ad stratas clamaret. ita per ordinēz factum est. nam q̄n meretrix in camera iam accensa clamauit: occurrebat secularium multitudo. **Cum** igit̄ in camera vidissent meretricem statim bona fama viri demigrata ē. ⁊ ita de loco oportuit recedere innocentem. **Tandem** transactis pluribz diebz p̄ncipalis actōe huius nequicie a deo grauiter punitus est. nā incurrit infirmitatem grauissimā ⁊ cōfessus est illam nequiciā suam quā confingerunt cōtra illum bonū hominez ex odio magno q̄d contra eum conceperūt. quia alias non potuerunt eum d̄sfamare. ⁊ confessōe noluit eum absoluerē nec cōmunicare sacramento euāharistie nisi famaz boni viri restitueret. **V̄nde** auocatis testibus



fideli dignis in confuſionem ſuam ⁊ ſuoz ne in eternum puniret  
 conſeſſus eſt ille nequaz malitiam ſuam ⁊ ordinez proditionis  
 preſate. Sicq; innocens iſte ſamaz ſuam recuperavit. qz deus fi-  
 naliter non dereliquit ſuos ſed eis miſericorditer ſuccurrit. Vñ  
 de hoc dicit in pſal. Nunq; vidi iuſtum derelictum ꝛc. Vñ apls  
 per infamiam ⁊ bonam ſamaz oportet nos intrare in regnũ dei  
 Ad quod nos perducatur ꝛc.

### Dñica tertia poſt penhecoſten

#### Epistoſa Petri Apoſtoli. *in prima epiſtola. capi. V*

**Q**uissimi humiliamini ſub potẽti manu dei vt vos exaltet in tempore viſitationis oẽm ſolitudinez  
 veſtraz proidentes in eum qm̄ ipſi cura ẽ de vo-  
 bis. Sobrii eſtote ⁊ vigilate quia aduerſarius veſter dy-  
 abolus tanq; leo rugiens circuit querens quem deuoret  
 Cui reſiſtite fortes in fide: ſcientes eandem paſſionez ei q  
 in mundo eſt veſtre fraternitati fieri. Deus autez omnis  
 gracie qui vocavit vos in eternam gloziam ſuam. iſto  
 ihesu modicu paſſos: ipſe p̄ſidet ⁊ confirmabit ſolidabit  
 qz. ipſi gloria et imperium in ſecula ſeculozũ Amen.

#### Sermo ſuper Epistoſa precedenti. xxx.

**H**umiliamini ſub potẽti manu dei vt vos exaltet in die  
 viſitationis. prima Petri. In verbis premiſſis bea-  
 tus petrus aplus monet omnes hoies ad ſubiectionez  
 dei dicens. Humiliamini ſub potẽti manu dei ꝛc. Vñ in pre-  
 ſenti ſermone tria ſunt dicenda. Primo de humilitate hominis.  
 Secundo quare debemus reſiſtere temptationibus. Tercio quõ  
 debemus proijcere ſolitudinẽ noſtram in deum. Quantũ ad  
ad primũ dicit Guill. Valde neceſſarium eſt homini ſub potẽti  
 manu dei humiliari. Primo qz homo non poteſt effugere neq;  
 euadere manu eius. Vnde dicit in pſal. Quo ibo a ſpiritu tuo.  
 et quo a fa. tua ſu. Et ecce Job. Deus cuius ire nemo reſiſtere  
 põt. Secundo qz in humilitate inuenit miſericordia dei Sap. 6  
 Ex igno conceditur miſer̄dia dei. potentes aut potenter tor̄ta  
 patientur. Tercio quia ſine humilitate nemo ſaluat Math. 18  
 Niſi conuerſi fueritis ⁊ efficiamini ſicut paruulus iſte nõ intra-  
 bitis in regnum celoꝝ. et etiam qz in humilitate nemo dñabi-  
 tur Bernardus. Laudabilis virtus virginitas. ſed magis hu-  
 militas neceſſaria. Illa em̄ conſulitur. iſta precepit. ad illam in-  
 uitamur. ad iſtaz cogimur. Poſteſt em̄ aliquis ſine virginitate

*ſalmo: cxxxviii  
 Job. Capite Nono*

*Capite. decimo. ſexto.*



## Sermo

saluari: sine humilitate nullus. Greg. 8. libro moral. Quisquis enim nunc sponte se non humiliat nequaquam hunc sequens gloria exaltat. Et ite Bernardus. Per humilitatem ascendas ad sublimitatem. quia hec est via et non alia propter ipsam. qui aliter vadit potius cadit quam ascendit. quia sola est humilitas que exaltat sola que ducit ad vitam. Unde Augustinus de ver. do. Vis capere celsitudinem dei cape prius humilitatem dei dignare humilis esse propter te. ysidorus. Descende ut ascendas. humilia te ut exaltaris. Unde hic querit utrum superbia sit peccatum mortale? Respondetur secundum sanctum Thomam. 2. 2. q. 171. Superbia consistit in hoc quod aliquis extollat se super illud quod est sibi preceptum siue preceptum a diuina regula. Contra quod dicit apostolus. 1. Cor. 3. Nos autem non in immensum gloriatur: sed secundum mensuram quam nobis mensus est deus. Et ideo dicit Eccle. 10. Initium superbi hominis est apostotari a deo. In hoc enim radix superbie considerat quod homo non subditur deo nec regulis ipsius. Notandum autem quod non est subiucendo habetur in ratione peccati mortalis. Quia superbia secundum genus suum mortale peccatum est sicut in aliis peccatis que ex suo genere mortalia sunt. sicut inuidia luxuria etc. Sed sunt aliqui motus qui sunt peccata venialia propter eorum imperfectionem qui scilicet preueniunt iudicium rationis et sunt preter eius sensum. Sic etiam circa superbiam accidit quod aliqui motus superbie sunt peccata venialia dum eis homo non consentit. Quantum ad sollicitudinem dicit hic beatus Petrus omnem sollicitudinem vestram proicientes in eum quoniam ipsi cura est de vobis. Unde hic querit utrum sollicitum sit homini christiano sollicitudinem gerere. Respondetur secundum sanctum Thomam. 2. 2. q. 171. Sollicitudo temporalium potest esse illicita dupliciter. Uno modo propter superfluum studium quod apponitur ad temporalia procuranda. propter quod homo a spiritualibus quibus specialiter seruire debet retrahitur. Et ideo dicit Augustinus. Quod sollicitudo seculi suffocat verbum dei. Secundo ex parte timoris superflui. quoniam scilicet aliquis non faciendo quod debet sibi timet ne temporalia deficiant. quod dominus reprehendit in euangelio Mat. 6. di. Nonne anima plus est quam ecta. et corpus plus quam vestimentum. Glosa. Si deus dedit nobis maiora. scilicet corpus et animam ergo etiam dabit minora. Unde dicitur in psal. Nunquam vidi iustum derelictum. nec semen etc. Sequitur. quoniam ipsi cura est de vobis. Notandum quod cura provisionis nostre dupliciter pertinet ad deum. scilicet a iure paternitatis et dominij. Primo enim de iure naturali ad patrem pertinet filiis providere nisi culpa hoc impedit

Ecclesiasticus 10. cap. 7

Beatus Petrus in prima epistola  
Capite quinto

Lucas 8. cap.

Matheus 6. cap.

Psalmus 36



XXX

**Mat. 6.** Sit enim pater vester quia hijs omnibz indigetis. In  
 fidelis em esset pater ille qui suphabundaret et filios pmitteret  
 fame mori. sed deus est pius pr qui vult nobis fideliter puidere  
 si ipsum dilexerimus et timuerimus. **Pr** dicit in psal. **Quo** mi  
 seretur pater filioz: misertus est dñs timentibz se. **Secundo** ra  
 tione dominij quia ad dñm pertinet necessaria prouidere hijs q  
 sibi seruiunt. Serui em est cogitare et dil gentiam facere vt vo  
 luntatez dñi sui impleat, et domini est cogitare vt seruus nece  
 sitatez habeat. **Vnde** xps dicit omnibz seruitozibus suis vt ha  
 betur **Mat. 6.** Primu querite regnu dei et iusticiam eius. et hxc  
 omnia adijcient vobis. **Quantu** ad tercia ptem istius ser  
 monis dicit hic. **Vigilate** qz aduersarius vester dyabolus vi  
 gilat. vnde dyabolus tanq leo rugit. In quibz verbis hortat  
 nos apus ad resistenduz fortiter temptationibz dyaboli dices  
**Aduersarius** vester tanq leo rugiens circuit querens quez de  
 nozet. cui resistite fortes in fide. **Vnde** hic querit vtz demoes  
 possunt hoies temptare qñ volunt. Respondet cassianus in col  
 lationibus patz q non nisi deus permittit et qntum deus per  
 mittit. **Apus** prima **Coz. 10.** Fidelis deus qui non patiet vos  
 temptari supra id quod potestis. **Augustinus** super psal. **Pliez**  
 qz inimicus vult nocere et non potest. qz potestas eius e sub po  
 testate dei. nam si tm posset nocere quantum vellet: aliquis in  
 stoiz non remaneret. **Vnde** etiam ysidorus. **Non** amplius ele  
 ctos dyabolus q eius voluntas permittit temptat. **Doc** ptz in  
 Job quez dyabolus non potuit temptare non licenciatus. **Itē**  
 patet **Mat. 5.** vbi demones expulsi ex homine obsesso non po  
 tuerunt intrare porcos nisi xpo permitte. **Secundo** querit  
 vtz demon semel de vno vidus itez temptat hominem. **Res**  
 spondet **Tho.** **Quidaz** dicunt q semel superatus nunq de cete  
 ro temptare pot aliquem de eodem vicio. Sed alij dicunt q po  
 test aliu hoiem temptare: sed non eundez. et hoc est magis pro  
 babile. **Tercio** querit vtz inter eos sit malicie differentia. **Re**  
 spondet **Cassianus** q de quolibet choro plures ceciderunt. **Vñ**  
 sicut bom angeli in bonis exercicijs se exercent. sic per oppositu  
 mali angeli in malis exercicijs se exercent vnus est peior altero  
 quia angeli de primo choro sunt mali. et de secundo peiores. et  
 sic consequenter de alijs **Ideo** aliqui vocant primipatus. aliqui  
 potestates etc. **Quarto** querit vtrum dyabolus inhabitat ho  
 minez per quodcuqz patm. **Rñdet** thomas in quolibetis q si

*Matth. cap. 6*

*Psalm. centesimo secundo*

*Matth. cap. 6. Luc. 12. cap.*

*1. Pet. 5. cap. 1. in episto. prima*

*1. Pet. 5. cap. 1. in episto.*

*1. Pet. 5. cap. 1. in episto.*





## Sermo

quantum ad animas. quia solus deus inhabitat animas. sed quantum ad corpus tunc potest dyabolus substantialiter inhabitare hominem sicut patet in arrepticis quoniam deus permittit. Dicitur tamen ipse dyabolus inhabitare affectum hominis per effectum malicie et per quodcumque peccatum mortale. quia ex quo mortale peccatum facit dyabolo subijci. Iohannis. 8. Qui facit peccatum seruus est peccati. Unde sicut beati sunt sub dominio dei: ita mali sunt sub dominio dyaboli. Unde Mat. 6. Nemo potest duobus dominis seruire. et dyabolus per veram penitentiam a peccatore expellitur. et in signum huius dicit Luc. 8. quod Christus a maria magdalena eiecit septem demonia que vniuersis vicis plena sunt. Quinto querit utrum demones cognoscunt secreta cordium. Respondet nicolaus de lyra Gorr. quod nullo modo cognoscunt secreta cordium nisi per signa exteriora scilicet ex visu et vultu hominis &c. Nam deus est scrutator cordium. vnde dicit in psal. Deus scit cogitationes demonum et hominum. Sexto queritur utrum cognoscunt futura. Respondetur quod futura supernaturalia nullus demonum cognoscere poterit. quia cognoscere futura que presentia solius dei est: nisi deus ex speciali gratia ipsis reuelaret sicut olim reuelauit prophetis. Unde dicit ysai. 41. Annuncia te nobis que futura sunt. Deus noluit indicare. Unde dicitur Actuum primo. Non est vestrum cognoscere tempora &c. Sed demones naturalia futura cognoscunt que ex causis naturalibus scilicet ex cursu planetarum et stellarum eueniunt. Ex his quibus predicant siue predicunt futura. Hoc probatur quod homines possunt hoc facere scilicet astronomi qui quandoque predicunt pluuiam. quibus frigiditatem quandoque caliditatem. que ex constellatione planetarum euenire solent. Item medicus peritus cognoscit hominum conualescentiam ex conspectu urine: et quandoque mortem ipsius. Sed demones habent pleniorum cognitionem quam aliquis magister habere potest. Primo ex subtilitate licet priuati sunt lumine gratie tamen naturalia dona adhuc habent. Unde Gorr. dicit. quod cognitio naturalis in demonibus non est diminuta, habent enim secundum Thoma cognitionem omnium creaturarum tam naturalium quam spiritualium. Item sciendum quod nullus hominum habuit tantam cognitionem omnium scilicet pecorum: auium: piscium: herbarum et arborum sicut primus homo adam. In signum huius ad omnia rebus creatis nomen imposuit secundum proprietates eorum sed dyabolus ex subtilitate nature plane perpendit quod homo non perpendit.

*Ioh. cap. 6. 6. 6.*

*Matth. cap. 6. 6. 6.*

*Lucas cap. 10. 10. 10.*

*E. 41.*

*Actuum cap. 1. 1. 1.*



Esaias Capite 42  
Nonne Calami qui sicut non cadunt  
Et lignum fumigat non extinguitur.  
74

Secundo per longam experientiaz: quis hominum tot malicias  
experius est. et quis vnq̄ tam diu studuit. quia dyabolus iaz  
plus q̄ sexingenta milia annis studuit. In quatuor annis quis  
studere potest ad gradu magisterij arcium: aut fieri doctoz. aut  
in medicinis: aut in iure canonico: aut in theologia. Tercio ex  
reuelatione superiorum potestatu. Vnde ysidorus de sumo bono  
Demonos triplici scientie acumine vigent scz subtilitate natue  
experientia tempoz. reuelatione superiorum potestatu. Septimo  
queritur utz aliquis potest viuere sine omni temptatione. rñ  
detur q̄ nullus xp̄i fidelium potest viuere hic sine temptatione  
Hoc multipliciter probat. Nam dicit Job. 7. Malicia e vita ho  
minis super terram. Vnde Hiero. super Matth. Impossibile est  
humanaz naturam non temptari. Vnde Berni super psal. Qui  
habitat. Nemo in carne potest viuere sine temptatione. et qui ab  
vna liberat protinus expectat aliam. In signu huius d̄r Ecclia.  
Fili acedens ad se ruitutem dei sta in timore dei et ppara ani  
mam tuam ad temptationez. Sed diceret aliquis quare pmittit  
deus suos fideles ita temptari. Rñdetur ppter profectuz ipsoz  
Quia fm aplm Nemo coronabit nisi qui legitime certauerit.  
Vnde Hiero. in epistola: Quis sanctorum sine certamine corona  
tus est. Vnde etiam Amb. super lucam p̄posita est corona:  
subeunda sūt certamina. Nemo potest coronari nisi qui vicerit.  
Maior est fructus vbi maior est labor. Temptari non est pec  
catum: sed materia exerende virtutis. Hoc patet per Berni.  
dicit. Quotiens resistis totiens coronaberis. Exempluz de illo iu  
uene qui meruit vna nocte septem coronas resistendo tempta  
tionibz. hoc quere in discipulo de tempore.

Job 7 Capite

Ecclia capite 2

Paulus ad Timotheum in Epistola  
ma Capite Secundo

**Dñica quarta post penthecosten  
Epistola Pauli Apostoli. ad Romanos.**

Capite octavo

ratres. existimo em̄ q̄ non sunt condigne passio  
nes huius temporis ad futuram gloriã que reue  
labitur in nobis. nam expectatio creature reuela  
tionem filioz dei expectat. Vanitati em̄ creatura subiecta  
est non volens sed propter eũ qui subiecit eam in spe. qz  
et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in li  
bertatem glorie filioz dei. Scimus em̄ q̄ omnis creatura  
ingemiscit et parturit vsqz adhuc. Non soluz aut illa sed  
et nos ipsi primicias spiritus habentes et ipsi intra nos  
gemimus ad optionem filioz dei expectantes redemptione  
corpis nostri in xpo ihesu dño nostro.



## Sermo

### Sermo super Epistola precedenti xxxi

Existimo quod non sunt condigne passiones ꝛ. Ro. 8. cap:  
Humana cōditio ex preuaricatione primoz parentum  
facta: est fragilis & infirma. intus & extra. superius & in-  
ferius. ante et retro. a dextris & a sinistris. & p omnes partes cor-  
poris influunt passiones: que omnia verbis pauissimis tāgit  
david dīc. Circundederunt me mala quoz non est numerus.  
Ex quo etiam Ap̄plus paulus expertus erat magnitudinem et  
multitudinem tribulationum in quibz sepe periclitatus fuit vsqz  
ad mortē. Primo a iudeis qñ quinquies quadragenas plagas  
vna minus accepit. Secundo ter virgis celsus est. Tercio in car-  
cere & in ligno pedibz affixus. Quarto i hīz lapidatus. Quin-  
to feris datus. Sexto in fame. siti frigore. in nuditate & in pericu-  
lis fluminū et latronum falsoz fratrum: preter intrinsecam tri-  
bulationem & solitudinem omniuz ecclesiāz. Septimo rome  
capite truncat a nerone anno dñi. lxi. Expertus erat similitē  
magnitudinem future glorie in quantum licuit homini mortali  
adhuc experiri qñ raptus fuit in paradysum vsqz ad terāū celū  
et audiuit ibi archana verba que nō licet homini loqui. & hoc  
dicit Ap̄plus. Existimo q non sunt condigne passiones ꝛ.  
Vnde in pñti sermone tria sunt dicenda. Primo de passioibz  
innatis & illatis. Secdo q nullus potest esse diu sine tribulatiōe  
et tristitia in hac vita. Tercio quō non sunt condigne passio-  
nes huius tempis ad futuram gloriā cum vno exemplo.  
Quantum ad primū sciendum q Ap̄plus dicit hic passiones in  
plurali ppter diuersas & multas passiones. qz quedam passioes  
sunt innate. sicut fames sitis frigus lassitudo egritudo et mors.  
Similiter sunt alie passiones innate: que etiaz ex corruptione  
nature & primoz parentuz preuaricatione viciate insunt nob.  
ex quibz in membris interioris hominis cōtinuum bellum gerit.  
Caro em̄ concupiscit aduersus sp̄m. & spiritus aduersus carnē  
affectiones cōtra rationem & cōtra conscientiam. cōscientia cōtra  
voluntatem. Et sic que intra nos sunt bellum gerunt ad inuicē.  
Et hoc conquerit dominus Gen. 8. dicens. Sensus & cogitatio  
hominis in maluz prona est ab adolescentia sua cunctis diebus.  
Hoc etiam dī Zacha. 6. Siue nascendo homo in mōm egredia-  
tur: siue moriendo mundum egrediat: hoc totum agitur in  
tribulatione. Vnde Job. 14. Homo natus de muliere breui vi- cap. 14

*David Salmo. tricesimo nono*

*Paulus ad Corinthios Capite  
Undecimo in Epistola secunda.*

*Paulus ad Corinthios Capite 11  
in Epistola secunda.  
Si quis vult. Cap. 8.*

*Apostolus Paulus ad Galathas cap. 5.*



xxxii

tem. reple. mul. mi. &c. Unde hanc miseriaz conquerit hie Xpls  
 Video aliam legem in membris meis repugnantem legi men-  
 tis mee, Unde etiam Jac 4. Unde bella et lites in vobis: nonne  
 ex concupiscentiis vestris &c. Item alie sunt passionis illate quas  
 sustinemus a proximis. sicut damna rezz. contumelie verborum  
 persecutiones opezz que patienter iufferende sunt. quod reues-  
 ra pro virtute maxima computat, Dns enim in veteri testamen-  
 to huius virtutis pondus considerans indulgit vt hoies maluz  
 pro malo redderent. sicut dicit Leuit. 26. Persequimini inimi-  
 cos vestros Niere. 5. Reddet ei hm opus suum. et iuxta omnia  
 que fecit fac ei, Item Exodi. 21. Dentem pro dente. oculuz pro ocu-  
 lo. Deus autem in carne veniens qui reddidit bona pro malis  
 meliorem & nobiliozem vitam & sanctiozem instituit. Mat. 5.  
 Qui percusserit te in vnā maxillam prebe ei aliam. Item ause-  
 renti tunica: dimitte et pallū. Et quod xps verbo docuit hie  
 exemplo exhibuit. sicut dicit Johannis. 19. Assistens vnus mi-  
 nistroz dedit ihesu alapa: dicens: Sic respondes pontifici. Tūc  
 non solum aliam prebuit: sed totuz corpus pro nobis exhibuit  
 Et in signū huius doctrine permisit se vestibo spoliari & nudum  
 in cruce suspendi. Sic et quilibet xpifidelis patienter debet sus-  
 ferre iniurias illatas. siue in rebus siue in fama siue in persona. &  
 reddere inimicis bona pro malis Mat. 5. Audistis quia dictum  
 est antiquis. Diliges proximū tuum & odio habebis inimicuz  
 Ego aut dico vobis. Diligite inimicos vestros, Nec mirum qd  
 altiora & sanctiora precepta deus nobis dedit qd antiquis. quia  
 illis terram promisit et nobis celum. illis vitam diuturnā & no-  
 bis eternam, Item sunt quedam passionis affectate quas susti-  
 nent hī qui toto corde deum diligunt qui non contenti prioribus  
 passionibus sed & cor contrituz & corpus castigatum volun-  
 tarie offerunt deo mortificantes se tota die. quoz vnus fuit Jo-  
 hannes baptista qui nec vmū nec liceram bibit. & vestimentuz  
 de pilis camelozz portauit. Item sanctus paulus qui dixit. Cas-  
 tigo corpus meum & in seruitutem redigo. Item omnes sancti  
 confelsores qui paupertati attenuati: abstinentia macerati: affli-  
 ctione castigati: in orationibus continui: ieiunijs fatigati: san-  
 ctē et iuste vitam suā finierunt, Unde ad Hebreos In solitudini-  
 bus errantes. in speluncis & caueris terre. circueierunt in melo-  
 tis & pelibus caprimis angustati et afflicti quibus nō dignus erat  
 mundus, Quantuz ad scdam partem huius sermonis ē sciendū

de Roma  
Capit. 7

Jacob. capit. 4

Leuit. cap. 26  
Exodi. et beatriano  
capite 19.

Mat. 5. Cap.

Johannis capite  
18.

Mathej. 5. Cap.

Luce capite vnico.

Mathej capite primo  
Luce de Corinthios capite  
Nonim. Epist. prima

Paulo in Hebreos capite  
vndecimo.



## Sermo

38.  
David psalms

¶ nullus in hac vita potest esse sine tristitia. quia in medio sumus inter locum summi gaudij et locum qui est in inferno. Icirco necesse est participare gaudium et tristitiam. Unde Boetius de consolatione philosophie. De quantitate amaritudine humana felicitas vestita est. Sed dicitur: Cur deus ita ordinavit. Respondet Johanne Nyder, Primo ut sciamus nos hic esse non ciues sed aduenas et peregrinos. Unde dauid in psal. Quoniam aduena ego super te et peregrinus sicut omnes patres mei. Secundo in ut modo non habeamus spem tardantes currere ad terminum patrie. Tercio ut stimulemur penis quasi calcibus ad currendum in viam mandatorum dei. Quarto ut horreamus peccata nostra mortalia que deus intus odit ut pro vno peccato ipsius omnes penas istas humano generi intulerit. Quinto ut purgemur in igne purgationis in presenti ne in futuro grauius puniamur in purgatorio. quia secundum magister sententiarum. li. 4. di. ij. Deus ex iustitia impunitum non dimittit delictum. Unde Augustinus in sermone de igne purgatorij. Ignis purgatorius et si non sit eternus: superat tamen omnem penam quam unquam in mundo aliquis est passus. Dum enim Numquam enim a quocumque facies dei videbit donec per penam veniale peccatorum quadrans minimus soluiatur. Ergo ut infernum fugiamus in quo pena minima est acerbior omnibus penis mundi. Augustinus. Minore pena inferni maiore est omnibus penis huius seculi. Unde etiam Bernardus. Vna scintilla que hominem ignis plus ledit peccatorem quam si mulier in dolore partus mille annos perduraret. Sexto ut plus de gaudio mereamur. Nam in passione virtuose suscepta maxima pars meritorum nostrorum consistit. Bernardus. Virtuosius est mala patienter perpeti quam operari. Cum igitur opera nostra parua et quasi nulla sunt: necesse est nos hic pati ut sic mereamur. Vbi sciendum est quod homo in statu innocentie sine difficultate aliqua celum intrasset. Gregorius. Ad hoc in paradiso positus erat: ut sese creatoris obedientie in vinculis caritatis aringeret et ad celestem patriam sine morte carnis transiret. Sic namque mortalis conditus est: ut si non peccasset etiam morti non potuisset. Nunc autem est propter peccatum eius deus de delicijs paradisi in exilium huius mundi. nec potest quis nisi per tribulationem redire ad gloriam. Ad hoc designandum deus posuit ante paradysum cherubim et flammeum gladium. Gladius enim signat passiones et tribulationes presentis vite. De quo psalms. *Psalmus 38.*



xxxii

in tribulationes iustorum. Et de omnibus hijs liberavit eos dominus. Et hoc erit plenius quam celestem patriam intrabimus que est locus delicatior et gaudiosior. Berni. Locus ille scilicet paradisi locus gaudij est ubi torquentes voluptatis percontantur. locus splendoris ubi iusti fulgebunt sicut sol. locus abundantie ubi nihil deest visentibus deum. locus sanitatis ubi apparet dominus suavis in universis. locus pacis ubi factus est. locus admirabilis ubi sunt mirabilia opera eius. locus saturitatis ubi saturabimur cum apparuerit gloria. et locus visionis ubi videbit deus deorum in syon. locus leticie ubi leticia sempiterna super caput eorum. Quantum ad tertiam partem istius sermonis sciendum quod non sunt adigende passiones huius temporis ad futuram gloriam etiam si in uno homine confluant omnes passiones presentes preterite et future. ut clarius videbitur. Sciendum quod passiones huius temporis sunt modice illa vero gaudia immensa. Sap. 3. ca. In paucis verati in multis bene disponentur. Nam sicut gutta aque respectu maris. Sic sunt passiones huius temporis ad futuram gloriam. Secundo quia hec sunt in loco calamitatis id est in presenti mundo ubi est locus tristitie. Ergo dicit hic valis lacrimarum. Aug. In valle miserie sumus in qua magis flendum est quo minus flemus. Unde Greg. super Ezech. Quid est quod in hoc mundo libeat ubi gemitus inspicimus. vndeque ludus audiuimus. destruite civitates eversa caltra. depopulati agri et in solitudine terra redacta alios in captivitate duci. alios detruncari videmus. alios interfici. Quid est ergo quod in hac vita libeat fratres mei. si sic modum diligimus iam non gaudium sed vulnera amamus. Item in hac valle lacrimarum sunt plura pericula et naufragia Berni. Periculum probat transeuntium raritas: pereuntium multitudo. Ex quatuor manibus vix perit una. et mari autem huius mundi vix evadit una. Ex quo patet quod mundus est periculosior mari. quia in mari huius mundi vix de quatuor navibus transit una. vix de quatuor hominibus vnus ad portum salutis pervenit. sed in illa futura amenitate electis triplex gaudium erit. Primum a claritate. Apoc. 21. Civitas illa non eget sole neque luna ut luceant in ea. Nam claritas dei illuminabit eam et lucerna eius et agni. Secundum a loci puritate. Apoc. 21. Ibi non intrabit aliquid inquinatum aut abominatione faciens aut mendacium. Tercium erit ex loci latitudine. Baruc. 3. Dicitur quod magna est domus dei et ingens locus possessionis eius magnus non habens finem. Tota enim terra

*Lucy ad Romanos 4.*

*Sapient. Capite 3.*

*Apocalypsis. cap. 21.*

*Apocalyp. 21. capit.*

*Baruc. 3. Cap.*

3



## Samo

est quasi punctus respectu celi empirici in quo sancti regnant.  
Tercio quia passiones huius temporis sunt quasi particulares. quod  
nunc in toto esse hominis subsistunt: sed in membris et partibus  
hominis. Nulla enim passio huius temporis cognita est vel audi-  
ta que uniuersum esse hominis intus et extra fatigaret. ut sit in  
omnibus partibus corporis et anime, sed illa futura gloria erit to-  
talis. quia in anima et corpore abundanter redundabit: intus ut  
etiam ossa nostra germinabunt. Et iterum de hac abundantia  
gloriat Isai. 66. Delicijs affluens id est omnimoda gloria. hoc  
est primo corporis gloria. et a gloria sensuum et omnium membrorum.  
et a gloria anime et omnium potentiarum eius. Nec est locus in cor-  
pore et anima qui se abscondat a calore glorie eius. quod bene  
notificatur per exemplum quo ferrum ignitum et candens simul  
unum sit cum igne habens exitum a forma seipsum propria. Sic erunt ho-  
mines in corpore et anima in celo glorificati. Nam corpora electo-  
rum habebunt magnam claritatem Mat. 13. Fulgebunt iusti sicut  
sol. Insuper habebunt impassibilitatem. nulla enim molestia cor-  
poribus eorum de cetero potest nocere Apoc. 21. Absorbet deus  
omnem lacrimam ab oculis eorum etc. Bernardus in libro de fide  
ratione: Qualis autem putas erit splendor animarum quando so-  
lis splendorem habebit lux corporum. nulla erit tristitia. nullus  
dolor. nullus timor ac labor. nulla moeror sed semper perpetua sa-  
nitas perseverabit Quarto a paupertate inferentium. quia hic  
specialiter ab aliquibus hominibus sunt illata et non ab omnibus  
hominibus. Illa autem futura gloria erit generalis. quia ab om-  
nibus habitantibus celum in nos deriuatur ut a singulis sanctis  
et angelis consequamur. hoc innuit psalm. cum ait. omnia seruauit  
tibi. Cui consonat illud Isa. 49. Erunt reges et regine nutrices  
tue. Dicitur autem future generalis gloria. quia a deo et omnibus  
sanctis in nos fluit. Nam in videndo faciem christi sum deitatem erit  
summum gaudium. quia melius sic esset esse in inferno quam esse in  
paradiso et faciem dei non videre. Unde dicitur. Distende nobis  
domine faciem tuam et salui erimus. Etiam Johannis. 19. Nec est  
vita eterna ut cognoscant te solum deum etc. Unde Fulgentius.  
dicit. Dei faciem si omnes in carcere inferni viderent nullam pe-  
nam: nullamque tristitiam sentirent. Secundum gaudium erit viden-  
do humanitatem christi qui est rex regum et dominus dominantium.  
Isaie vicesimo quarto. Regem in decore suo videbunt. Tercium  
gaudium erit in consideratione unionis humanitatis ad

Isaie. cap. 66. v. 14. 15. 16.

psalmo: 70



xxxii

divinitatez. ⁊ erit mirabile quando cognoscant qz frater eorum  
 fm carnem est vere deus. Et in hoc nos honoravit super ange-  
 los Heb̄. Nusquam angelos apprehendit: sed semen Abrah̄.  
 Et iccirco magnaz confidentiam debemus habere ad deū no-  
 strum. qz caro et frater noster. Be. n̄. Puto me iaz spernere nō  
 poterit xp̄us os de ossibus suis: ⁊ caro de carne mea. Itē ab om-  
 nibus sanctis. ⁊ ex illa iocunda societate triplex gaudium pue-  
 nit. Primū ex multitudine Apocal. 7. Vidi turbam magnā ⁊c.  
 Sedm̄ gaudium est ex nobilitate ⁊ societate illius in qua erit be-  
 ata virgo ⁊ omnes sancti ⁊ angeli qui omnes reges et regine  
 sunt quia possident regnum celoꝝ cum xp̄o qui est rex regum.  
 et dominus dñatium. Tertium est ex amicitate illius socie-  
 tatis. tanta em̄ erit caritas inter ipsos vt gaudium alioꝝ suum re-  
 putent. Quinto quia ille passiones presentes cū tempore finiuntur:  
 Illa autem gloria permanet eternū. De hac futura glo-  
 ria dicit Augustinus. De care illā vitam amplecti debuisti: ubi  
 ē vita sine morte. lux sine tenebris. iuuentus sine senectute. pax  
 sine discordia. voluntas sine inuidia. regnum sine cōmutatione  
 quod non amittitur. Bern̄. in sermone. Regnum dei conadi-  
 tur in iustificatione: precipitur in glorificatione. Et de hac futu-  
 ra gloria dicit Isa. Darius non vidit ⁊c. Ultimo nota exem-  
 plum de dyabolo qui dixit. Si esset statua a terra vsqz ad celoꝝ  
 clavis ⁊ nouaculis transfixa libenter vellet ascendere ⁊ descende-  
 re: vt sic econuerso celum posset intrare et sic futuram gloriam  
 possidere quaz preparauit deus diligentibz se. quere in discipu-  
 lo de tempore sermone. lxiij.

*Paulus ad Hebr̄os  
 Capite secundo*

*Apoca. Cap. 7.*

**Dominica quinta post penthecosten.**  
**Epistola beati Petri Apostoli.**

Ariffimi. omnes vnanimes in oratione estote cō-  
 patientes. fraternitatis amatores. misericordes.  
 modesti humiles. non reddentes maluz pro malo  
 vel maledictum pro maledicto: sed econtrario benedicen-  
 tes. qz in hoc vocati estis vt benedictionez hereditate pos-  
 sideatis. qui em̄ vult vitam diligere ⁊ videre dies bonos  
 coherceat linguam suam a malo ⁊ labia eius ne loquan-

*Beato Pet̄o in Epistola  
 prima capite tertio*



## Sermo

tur dolum. Declinet aut a malo & faciat bonum. Inquirat pacem & persequatur illam: quia oculi dñi super iustos. & aures eius in preces eoz. Vultus autem dñi super facientes mala. Et q̄s est qui vobis noceat si boni emulatores fueritis: s̄ n̄i quid patimini propter iusticiã beati. Timorem aut eoz ne timueritis vt non turbemini. Dominum aut̄ ihesum xpm sanctificate in cordibus vestris,

### Sermo super epistola precedenti

Omnes vnanimis in oñ omnibus x̄. prima Petri. 3. Q̄s iustificat homines in hac vita: est ieiunium: elemosina et oratio. Sed oratio h̄is duabo altius volat ad deum et celeste adiutorium nobis acquirit. Vnde Greg. dicit Magna est vis orationis que effusa in terra in celo operetur. Ergo Ap̄tus petrus hortatur nos in verbis premissis ad orationem dicens: Omnes vnanimis x̄. Vñ in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo de oratione. Secundo de ymaginibz sanctorum. et xpi. Tercio de illis qui possidebunt hereditatem celestis in celis x̄. Ad primũ de oratione mouende sunt questiones. Et primo querit hic versus quas ptes mundi orare debemus, Rñdet sanctus Tho. q̄ cõmuniter vsueuerunt homines versus orientẽ orare & altaria construere triplici de causa. Prima in signum q̄ a xpo est illuminatio nostra qui visitauit nos oriens ex alto. Secundo q̄ ibi est paradysus a quo exordimur. ideo morimur vt i paradysum reintremus, Tercio q̄ ab oriente ad iudiciũ veniet xpus. Secundo querit an debet esse locus specialis orandi. Rñdet Humbertus, Non est in loco ponenda talis fiducia sic q̄ nõ credit aliquis alibi non posse se exaudiri. s̄ tñ curandum est de loco etiam tñbo de causis. Primo quia si non esset locus deputatus orationi: tunc nesciretur vt & omnes homines orarent: an multi obmitterent orare. Secundo q̄ vadens ad locum orandi plus laborando plus meret̄. Tercio vt petentis oratio citius exaudiatur. q̄ ibi in loco orationis plures aueniunt ad orandum. Et fm̄ Beatus Hiero. Impossibile est preces multas & nõ exaudiri. Notandum fm̄ eundem Humb. q̄ quũs orationes et alia sub oratione contenta valent in omni loco: tñ competentiũ et fructuosius effundunt̄ in oratorio septez de causis. Prima quia credendum est q̄ deus citius exaudiat eum in loco deputato q̄ in alio Paralipome. septimo. Oculi mei erunt parati et aures mee erũt ad orationem eius qui in loco isto orauerit.

*Luceo capite primo.*

*In Secundo libro Paralipome.  
Capite Septimo.*



xxxii

Genesio cap. 28

Secunda quia credendum est qd angeli sancti locum talem sanctum magis frequentant. quia ibi est domus dei. Et in signum huius habetur Genesio 28. qd iacob vidit angelos dei descendentes et ascendentes in loco dicto bet hyl id est domus dei Ipsi sunt qui necessarij sunt orantibus ad ferendas orones nostras coram deo. Tercia ratio est qd probabile est qd demones. qui libenter impediunt orationes non audent ita accedere ad huiusmodi locum sanctum sicut ad alium locum pre terrore quem incutit eis locus sanctus Genesio 28. Qd terribilis est locus iste scz demonibus. Quarta quia oratoriū consecratum est in honore alicuius sancti patroni. Pie credendum est qd sanctus patronus ecclesie specialem curam habet de conuenientibus ad locum sui patronatus. sicut princeps alicuius terre de hijs qui veniunt ad loca sui domini. Sicut inuenit de sancto iacobo et de multis sanctis specialiter inuocantibus sua loca visitantes. Et quia orantibus non modicum necessarium est adiutorium sanctorum qui sunt potentes apud deum sicut illud Job. 5. Ad aliquem sanctorum te conuere. ergo orationem in sacris locis plus qd alibi. Quinta ratio quia in ecclesijs sunt reliquie sanctorum. ergo quoniam oras ante altare: inuoca specialiter illos sanctos quorum reliquie ibi continentur in altari. Nec dubium quin orones nostre ad effectum deducantur. Sexta. quia ibi sunt ymagines crucifixi beate virginitatis et sanctorum ut frequenter quod multum valent ad deuotionem excitandam. Deuotionis autem affectus summe facit oronem efficacem Aug. Dignior sequitur effectus quem feruentior precedit affectus Bern. Ad affectum cordis respicit deus. Septima. quia ibi est frequenter corpus christi. Quotidie autem horis et missae sunt ibi. ratione cuius quilibet ecclesia excellit templum salomonis in quo nunquam tamen fuit bonum. In presentia autem christi si quis fide orat: citius exaudiri potest quam in alio loco scz quoniam stat circa missam vel in alio loco in presentia sancti corporis christi. Vnde henricus de halsia. Sicut enim confessio et contritio dispositiue sufficit ad salutem. si corporalis presentia corporis christi aliquid singulariter operatur ad salutem. ut patet de latrone associato christo quando presencialiter moriebatur in cruce. que ei alias non sufficisset aut in tantum valuisset. sic videtur quod non minus nunc peccator humiliter spe venie assistens sacramentali oblationi veniam consequatur: aut abundantius gratie collationem recipiat: quaz si illam similiter in alio loco haberet.



## Sermo

Item cum xpus in terra degens nulli sanitatem denegauerit in fide petenti: nunquid equale vel maius est nunc inuisibilez fide credere pntem in sacramento eucharistie. et hoc vult dictu euangeli. ibi. Beati qui non viderunt et crediderunt quid g refert ad veniam consequendaz modo contrito corde et humili eucharistie interesse ymolationi q̄ ipsi visibiliter pnti associari et honorificare. et olim oblacioni eius in cruce interfuisse sicut latro Vel honorem xpo corporaliter in se exhibuisse. sicut magdalena q̄ lacrimis lauit ihesu pedes et terisit capillis et ungento ungebat et osculabatur. Vñ quasi nihil refert quo ad effectū gratie vel venie consequende. hęc ille, Item queritur vtz deus peccatores exaudit. Respondeo q̄ sic: qñ petunt salutaria August. Si deus peccatores non exaudiret frustra ille publicanus dixisset. Deus propicius esto mihi peccatori. et tñ exauditus est. Item notandum q̄ deus aliquñ audit preces peccatoz et aliquando si quia si bene est in peccatis mortalibz et petit ab eo regnuz suū. non dat sibi illud. Sed si dicat D pie ihesu Ego peccator peccavi in celum et coram te. ignosce mihi peccatori q̄ te grauer ofendi meis grauissimis peccatis. et si instanter petat sine dubio deus exaudiet eum. et qñ est liber a peccatis tunc ab eo petat regnum suū et dabit. Quantuz ad secundam partem sermonis querit Cur xpiani in nouo testamento faciunt sibi ymagines contra illud preceptuz Exo. 20. Non facies tibi sculptile. Rñdetur q̄ in veteri testamento prohibitum fuit fieri ymagines: maxime dei. Tum ppter proximitatez ppli qui promi fuerunt ad ydolatriam, Tum etiam qz deus adhuc non factus fuit homo. nec effigiari debuit. Sed in nouo testamento introducus est ipse vsus ymaginuz. Primo a dño nostro ihesu xpo qui suam ymaginem regi abagaro panno impressam misit vt ait Eusebius. in ecclesiastica hystoria. et Damianus in li. sen. Secdo ab aplis nam tempore eoz fuerunt ymagines dñi nostri ihesu christi. et ymago beate virginis marie quas beatus lucas sculpsit q̄ imago beate virginis marie adhuc rome habet. et sanctus seruatus ymaginem xpi secum detulit vt reperit in sua hystoria. Tercio ex approbatione ecclesie. Nam in quodaz concilio fuerunt fere mille episcopi congregati qui omnes ex inspiratione spūs sancti diffinierunt vsus ymaginum esse licitum. Secundo queritur Cur inuente sunt ymagines, Respondeo triplia de causa



Prima est propter memorie labilitatem ne obliuiscamur dñi nostri ihesu xpi: beateq; marie virginis et alioꝝ sanctorum. Et quoniam eunq; videmus ymaginem dñi nostri ihesu cristi eum honoramus et sanctos imploramus ut pro nobis intercedant ad xpm. Secunda causa est propter informationem rudium qui litteras ignorant qui docent ymaginibus loco litterarum. Unde de hoc dicit in decretis ymagines sanctorum et picture sunt libri laycorum. Tercia causa est propter deuotionis excitationem. plus mouent visu quam auditu. Unde in inspectione ymaginum debemus ad deuotionem excitari. Cum videmus tanta bona meritoria depicta: debemus etiam per uocari ad honestatatem morum et uerborum in presentia ymaginum: honorando in hoc deum et sanctos ne impudica loquamur et turpia in uerbis: sed deuotionem ostendamus in uerbis et factis sicut debet sanctos. Quamuis ad tertiam partem istius sermonis dicit hic Augustinus, In hoc enim uocati estis ut benedictionem in hereditate possideatis. Unde sciendum quod triplex est genus hominum et unum tantum possidebit de illa hereditate. Primum est illorum qui bonam uitam non capiunt nec perficiunt. sicut omnes infideles et mali christiani qui non curant implere diuina mandata nec odiant peccata et sic in malitia uolunt et moriuntur. Unde de quolibet istorum dicit in psalmo. Malitiam autem non odit deus. et istam iam dicit non saluabunt. sed hereditabunt infernum. Secundi sunt qui bonam uitam capiunt sed non perficiunt. et ideo etiam non saluantur. Unde Gregorius in moralibus. In casum bonum agitur si ante terminum uite deseratur. Unde etiam Bernardus. Perseuerantia est uirtus sine qua nemo uidebit deum. Unde Albertus magnus, Quid enim profuit iude quod ipsum christus de mundo elegerat quid profuit diuturna familiaritas christi: quid sancta predicatio christi: quam sepe ab ipso audierat: quid exempla quid uirtutes: quid miracula que ab ipso uiderat: quid gratia sibi collata ad predicandum et miracula faciendum. Nam christus apostolis dixit. Euntes predicare quia appropinquat regnum celorum et infirmos curate. mortuos resuscitate. leprosos mundate. demones effugate. Ex quibus patet quod iudas bene incepit sed male finit quod christum tradidit post hoc desperauit. et in desperatione laqueo se suspendit. ysidorus de summo bono. Non est beatus qui bonum facit. qui enim perseuerauerit. Tercii sunt qui bonam uitam capiunt et finiunt. huius premium percipiunt a christo. talium enim uita est deo placita que sine bono fit conclusa. ysidorus de summo bono. Tunc deo placet conuersatio nostra quando bonum quod incipimus perseueranter ampleuerimus.



## Sermo

Bernardus in sermo. Bonam vitam ego puto mala pati et bona facere et sic usque ad mortem pseuerare. sed heu plures sunt qui in quadragesima bonam vitam inchoant sed post pascha retrocedunt. Vnde dicit in decretis. Multi bene incipiunt qui in malo vitam finiunt. Ex dictis patet quod multi sunt qui apud homines reputantur in bono statu: et e conuerso multi apud homines reputantur mali et tamen sunt amici dei et ab eo electi: quod nouit dominus qui sunt eius. Vnde Gregorius. Mirum non est quod quisque bonum inchoat: sed difficile est si intentione recta in bono opere perdurat. Pro quo notandum quod non possumus cogitare bonum nec inchoare: nec multoties in eo pseuerare sine dei adiutorio. In signum huius quod die oramus de. Actiones nostras domine etc. Ultimo nota exemplum de vno fratre qui voluit de monasterio exire et redire ad seculum, sed christus eum cum miraculo retinuit in ordine monasterii quere in proptuario.

### Unica sexta post penthecosten. Ad Rom. <sup>Capitulum</sup>

Patres quicumque baptisati sumus in christo ihesu in morte ipsius baptisati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: ut quomodo christus resurrexit a mortuis per gloriam patris: ita et nos in nouitate vite ambulemus. Si enim conplantati facti sumus similitudini mortis eius: simul et resurrectionis erimus. hoc scientes quod vetus homo noster simul crucifixus est ut destruat corpus peccati et ultra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est iustificatus est a peccato. si mortui sumus cum christo: credimus quod simul etiam uiuemus cum ipso: scientes quod christus resurgens ex mortuis iam non moritur. mors illi ultra non dominabitur, quod enim mortuus est peccato: mortuus est semel, quod autem uiuit: uiuit deo. Ita et vos existimate uos mortuos quidem esse peccato uiuentes autem deo in christo ihesu domino nostro.

### Sermo super Epistolam xxxiii

Quicumque baptisati sumus etc. Ro. 6. In ista epistola hortatur nos apostolus ad uite emendationem que consistit in hoc quod mortui peccatis soli deo uiuamus qui nos uiuificauit. In signum huius de latere christi exiuit sanguis et aqua, sanguis per quem redempti sumus, aqua per quam sanctificati sumus mundati per uirtutem purgatiuae aque baptismalis. Ergo dicit apostolus Quicumque baptisati. Vnde in presenti sermone tria sunt dicenda



Primo quō aliqui viuūt in deo. aliqui cum deo. aliqui sine deo  
 Secundo quō xpiani baptisati debent vitare immunditiam pec-  
 cati mortalis. Tercio quare quilibet xpianus desiderare debet eē  
 cum cristo. **Ad primū** sciendum q̄ quidam viuunt in deo scz  
 illi qui maxime ardent in deo et in diuino amore ⁊ nihil appe-  
 tunt de hys que sunt super terram. sed totum desiderium eoz ē  
 esse in hys que dei sunt. Nec mirum qz in isto eterno sumo bo-  
 no quo viuere cupiunt: omnia q̄ desiderare possunt inueniunt  
 Ambrosius de virginibz. Omnia habemus in xpo. Vnde etiā  
 Aug. Tūc erit deus omnia in omnibz. quicquid querebas hic  
 quicquid pro magno habebas. quicquid hic amabas vt man-  
 ducare et bibere: ipse erit tibi cibus ⁊ potus. quicquid hic vo-  
 lebas scz sanitatem fragilem transeuntem: ipse tibi immortalis  
 tas erit. quicquid hic querebas vt diuitias. deus tibi erit. Cer-  
 te nihil tibi sufficit si deus non sufficiat. Illi qui viuunt cum deo  
 sunt qui diligunt deum. sed non sunt firmi et perfecti in amore  
 dei sed tepidi. quia curis ⁊ occupationibz terrenis se inuoluunt  
 sed tamen deum student habere pre oculis suis. sic qz a peccato  
 mortali sibi cauent et sic a deo separari non possunt sed tñ non  
 solum intendunt sed etiam alijs cū deo. Et tales sunt psone se-  
 culares que habent vxores pueros ⁊ famulos quibz hñt prouī-  
 dere necessaria vite. ⁊ tamen cū hoc seruant precepta dei. Tercij  
 sunt illi qui viuunt sine deo: quoz corda penitus sunt frigida  
 in amore diuino. Et ratio est: qz sunt in peccato mortali quod  
 est omnino contrarium amori diuino. et ideo non viuunt deo sz  
 mundo. ⁊ hoc est terribile. quia viuere mundo nihil aliud est qz  
 deo mori et ab eo separari. qz sicut corpus naturaliter viuūt ab  
 anima. sic anima spūaliter a deo. Et ideo qñ homo viuūt mūdo  
 moritur deo qui vita animaz est. sz illa mors nihil aliud est qz  
 separatio anime a deo Aug. Sicut expirat corpus cum animā  
 foris emittit. sic expirat anima cū amittit ipsum deum. Etiam  
 mors anime est periculosior et plus timenda qz mors carnis. et  
 oppositum plures faciunt Greg. Mortem carnis omnis homo  
 timet. mortem anime pauca. **Quantuz** ad scdam partez istius  
 sermōis sciendum qz quilibet xpianus debet sume cauere im-  
 munditiaz peccati mortalis ⁊ quilibet baptisatus qui sanguine  
 xpi est lotus. ⁊ qnto anima est pretiosior cozpe: tanto magis ti-  
 menda est inquinatio eius ppter dignitatem nature q̄ ppendit  
 ex hoc qz anima hominis ymago dei est. Vnde sic peccat q̄ eaz  
 peccato mortali mōnat. sic qui ymaginē crucifixi vel ymaginē



## Sermo

beate marie virginis in lutum proijceret. Unde sicut ille q̄ cru-  
cem in qua x̄ps pependit in lutum proijceret: sic et peccant qui  
non timent inquinare hūanam naturā que diuine nature in se  
parabiler est v̄nita. Item q̄ talis immunditia peccati mortal'  
adeo displicet deo q̄ non habet tam bonū amicum in celo et in  
terra que non odiret ad mortem si in eo peccati mortalis macu-  
laz inueniret Ecc̄ia. 13. Altissimus odio habet peccatores, Itēz  
p̄t̄m mortale adeo immundū est: q̄ pulcherrimas creaturas sc̄z  
angelos adeo fecit immundos ⁊ deformes q̄ libentius eis deus  
careret q̄ ipsos vt sut videret. ip̄am em̄ animam que est pul-  
cherrima ymago creatoris. ⁊ que etiā mundata est sanguine cri-  
sti adeo immundā et deformem p̄t̄m mortale facit ante oculos  
dei sic iaz est dyabolus Auḡ, Anima in peccato perseuerans ni-  
grior ē coruo. Insuper anima peccatrix intollerabiliter fetet co-  
ram deo. Sed anima in gratia ex̄ns est pulcherrima Bernar. in  
meditationibz D anima insignita ymagine dei. decorata dei si-  
militudine. desponsata in fide. decorata in spiritu. redempta cri-  
sti sanguine. deputata cū angelis. capax beatitudinis. h̄res reg-  
ni: quid tibi cū carne. Item anima in gratia est nobilissima cre-  
atura Auḡ. Sicut deus oēm creaturam. ita anima oēm creatu-  
ram corporeaz nature dignitate precellit. vnde talia ponderan-  
da sunt ne peccemus mortaliter. Unde Bern̄. Si homines dei ī  
sp̄itatione anime dignitatem. peccati vilitatem inspicerent. nū-  
q̄ talia peccarent. Item qui p̄t̄m mortale cōmittit et animaz  
suā occidit reus erit sanguinis x̄pi. Auḡ. Reus erit non parui  
peccij sed sanguinis x̄pi quicumq̄ violat et maculat aiā san-  
guine x̄pi mundatam. Unde quilibz merito sibi a peccato mor-  
tali cauere debet ⁊ solidae custodire animaz meā. Vñ etiā Auḡ  
Si collegisses stillas de latere x̄pi currentes. nonne cum magna  
sollicitudine eas custodires: q̄nto plus animaz tuam p̄ qua san-  
guinem suū sudit. Item hic est notanduz q̄ si daret alicui talis  
disiunctiua. vtz vellet ipse potig mortaliter peccare: ⁊ cū dam-  
natis gehennā p̄tue sustinere vel non mortaliter peccare et cū  
deo eternaliter regnare Pro responsione tria sunt notanda.  
Primo q̄ homo potius deberet eligere sine p̄tō mortali viuere  
q̄ vllam penam h̄re tūz voluntate peccandi mortaliter. Secdo  
quia homo potius debet eligere nolle peccare mortaliter etiam  
si damnati ex hoc om̄s deberent saluari. Ratio aut̄ p̄dicatorū  
est. quia sicut dicit scriptura: nō sunt facienda mala vt eueniat



xxxiii

bona, Unde etiam Luc. 9. dicit. Quid em homini prodest si vni  
 uersum mdm lucratur: anime vero sue detrimentum patiat. *Lucr: capi: 9: et Martij: capi: 8.*  
 Ita merito attendere deberent q facilliter pro modica causa pec  
 cant mortaliter. scz iurando scienter et mendaciter per deū quod  
 non est vezz in emendo vel vendendo. similiter blasphemi. supbi  
 ebrioli &c. Quantuz ad terciam ptem sermonis sciendum hm  
 Guil. lugdu. qz quilibet homo ex toto corde debet appetere esse  
 cum xpo in illa vita beata. Primo qz multum iocundū est esse  
 cum xpo. Adeo em delectabile est vt paradifus reputet. *Lucr: Capite 23.*  
 23. Hodie tecum eris in paradiso. Nam non fuit in padiso sed  
 cum xpo. qz faciem eius hm diuinitatez vidit et hoc fuit sibi pa  
 radifus. quia vbi xpus est ibi regnū dei est. Siquis esset cū xpo  
 in inferno et ibi faciem eius videret hic locus esset ei paradifus  
 Unde fulgentius, Dei faciem si omīs in carcere inferni inclusi vi  
 derent nullam penam: nullum dolorem: nullamqz tristitiā sen  
 tirent. Ergo qui hnt bonam et veram fidem: non timent venire  
 etiam per ignem et gladiū. sicut sancti martires et virgines fe  
 erunt. qz non sunt condigne passionēs huius temporis ad futu  
 ram gloxiam. Scdo debet quilibet affectare toto corde esse i illa  
 vita beata cū xpo et cum omnibz sanctis. quia qui illuc non per  
 uenerit prauam societatem habebit. Erit enim socius iuiferi et  
 omniū demonū in penis quoz societas valde horribilis est Job  
 ij. Vadent et venient sup eos horribiles. Sicut em deus et san  
 cti delectabiliter sunt videndi. Ita per opposituz in inferno est  
 horribilis visio demonū et damnatoz. qz si nullam aliaz habe  
 rent penam: ista sola sufficeret. Greg. Moxenda visio demonuz  
 Insuper habebunt penā acerbissimaz damnati cū demonibus in  
 inferno. Unde ysidorus. Intende animo tuo quoscunqz tormen  
 toz dolores. quascunqz doloz infirmitates et acerbitates. et co  
 para hoc totum gehenne et leue erit omne qd pateris. qz maxi  
 muz et grauissimū est qz tales pene inferni nunqz habebūt finē  
*Esai: capi: 66.*  
 66. Ignis eoz non extinguetur. Vbi notandum qz sa  
 tis delectabile est ad tempus in vno lecto mundo et molli iacere  
 et tamen si alicui posito in tali lecto diceret. Jace et quiesce quia  
 oportet te ibi iacere centum annis: responderet, Moxius vellem  
 esse mortuus. Quid ergo de iilo qui erit i igne ardente. et scit  
 se non solum mansuz per centum annos vel per milie: sed per  
 infinita secula. Et totus homo cū omnibz membris erit in igne.  
 in die iudicij extremi. Et cum aliquis non posset sustinere ignē

1 z



## Sermo

presentem in aliqua parte digiti sui vna hora: quantus erit do-  
lor qñ totus homo cum omnibz membris erit in igne eternali  
qui ignis differt ab igne nostro sñ Aug. tamqñ ignis verus.  
ab igne picto in pariete. Ex quo patet qñ quilibet damnatus  
incompabiliter habebit dolorem maiorem qñ sit mortis dolor hor-  
ribilis. Vnde si esset aliquis huius pene adiudicatus vt vngulis  
ferreis dilaceret et tam cito reuiuisceret: ipse non tantaz penaz  
haberet qñtam ille habet qui damnatus est. Et in signu huius  
maledicunt sibi et etiam parentibz suis. qz sñ glosaz sup Die-  
remiaz. Melius est non esse qñ male esse. Ideo dixit xps de iu-  
da. Bonum erat illi si natus non fuisset homo etc. Et in signuz  
huius hoc est qñ dicit Mat. ~~24~~. Vbi erit fletus et stridor dentiu  
Vbi sciendum qñ si in singulis penis in quibz damnatus arde-  
bit in igne infernali fleret vnā lacrimā plures exirent lacrimae  
processu tempis de vna damnata aia qñ omnia vasa mōdi capere  
possent. quod ptz ex eo. qz omnia vasa mōdi sunt in numero:  
dies vero quibz damnatus erit in inferno non habebunt finez  
In signum huius xps diciturus est. Ite maledicti etc. Vñ querit  
vtz damnati vident gloriā beatorum in celo. Rñdet sanctus  
Tho. 4. di. vi. qñ sic. vsqz ad diem iudicij vident gloriā beato-  
rum. Nec tñ eandem gloriā sentiunt nec cōprehendunt. nec  
pfecte cognoscūt. sed vident damnati qñ sancti in gloria celoꝝ  
hñt gaudia et magnā gloriā. vt eam videndo plus affligant  
qz visio est eis pena. sed post diez iudicij mali amplius nō vi-  
debunt bonos. nec tñ ppter hoc minuetur aliquid de eoz pena  
ymō plus augmentat. qz eā habebunt in memoria. sancti vero  
in celo existentes semp videbūt damnatos et ipsi laudabūt deū  
qz eos liberavit de tanta pena. nec pñt tristari. etiā si viderēt  
parentes suos dānatos. qz volunt qñ diuina iusticia vult. psal.  
Letabit iustus cū viderit vīdīctam. Vnde etiā Bern. Suppl-  
tum maloꝝ est gaudium beatoꝝ. et hoc erit per accūs. Vnde  
sciendū qñ sicut in sanctis est pfecta caritas et gaudium de bonis  
alioꝝ sanctoꝝ. ita in damnatis est pfecta inuidia et odium. Vñ  
vellent qñ omēs homines et parentes et filij et vxores dānarent.  
Ideo quantuz ad hoc petiuit diues ille in inferno sepultus ab-  
raham vt mitteret lazarus in domo pñs sui. habuit em qñqz  
fratres vt testaret illis ne venirent ad hunc locū tormentorum  
Luce. 16. Hoc vero diues ille non fecit pñcipit ppter illos fra-  
tres: sed ppter se. quia maiorem penā expectabat ex dānatione

Margj. capit. 14.

1. Matthej. capit. 13. et capit. 24.  
Luce. 13. Matthej. 8.

Luce. capit. 13. Matthej. 25.



eo22. Unde tanta est pena damnatoꝝ q̄ potius vellent q̄ nuuꝝ  
q̄ fuissent nati de vtero matris sue, In signuz huius maledicū  
libi ⁊ etiam parentibus suis.

**Ōnica septima post penthecosten ad Romanos: 6. Cap:**

Matres. humanuz dico propter infirmitatem car  
nis vestre. Sicut em̄ exhibuistis membra vestra  
seruire immundicie ⁊ iniquitati ad iniquitatē. ita  
nunc exhibete membra vestra seruire iusticie in sanctifica  
tionem, Cum em̄ serui essetis peccati: liberi fuistis iusticie  
quem ergo fructum habuistis tunc in quibꝫ nunc erube  
scitis. Nam finis illoꝝ mors est, Nūc vero liberati a pecca  
to: serui autē facti deo habetis fructum vestruz in sanctifi  
cationem: finem vero vitam eternā. Stipendia em̄ pecca  
ti mors. grada dei vita eterna. in xp̄o ihesu dño nostro.

**Sermo super epistola precedenti. xxxiii.**

Ōmanū dico ppter infirmitatem carnis vestre. Roma.  
vi. Caro enim nostra fuit in principio creationis for  
tis ⁊ sana conueniens ⁊ obediens. sed post peccatuz fa  
cta est debilis ⁊ infirma: aggrauans animaz ⁊ deprimens ipaz  
Vnde Ap̄tus paulus condescendens hūamitati nostre dic. Du  
manū dico ppter infirmitateꝝ carnis vestre ⁊. glosa. i. leue sine  
onere Mat. 11. Iugum enim meū suauē est et onus meū leue  
Tamen dicit xp̄us in alio loco Mat. 7. Arta est via que ducit  
ad vitam ⁊ Et Mat. 14. Per mltas tribulationes oportet  
nos intrare in regnum celoꝝ, Ad hoc respondet Rabanus. q̄  
ab angulo incipitur processu temporis delectationis ineffabil  
dulcedine dulcoratur. In quo autē consistit hęc dulcedo tangit  
Dilarius dicens. Et quid iugo isto suauius ⁊ hoc onere leuius.  
probatuꝝ esse: ⁊ scelere abstinere: bonum velle, malum nolle.  
amare omnes. odire nullum. et eterna concupisci. presentibꝫ nō  
capi. nihil inferre alteri quod sibi sit molestū pati. Ecce q̄ hu  
manum ⁊ q̄ dulce est huius seruiēij iugum Vnde in p̄ti ser  
mone tria sūt dicenda que tangunt in presenti epistola, Primo  
quomodo exercere debemus corpora et corda nostra in seruitio  
dei. Secundo de peccatis quō inducūt morteꝝ anime. Tercio de  
gracia dei que confert vitam eternam. Quantuz ad primum  
dicit hic Ap̄stol. Sicut exhibuistis membra vestra seruire im  
mundicie et iniquitati ad iniquitatē. ita exhibete nunc seruire  
membra vestra iusticie in sanctificationem Gual. Lugdunens.

Math. 11. Cap.  
Math. Cap. 7

ad Rom. Cap. 6.



## Sermo

Sic corpus ⁊ vniuersa membra exponere debet in seruiēdo deo  
sicut qui hic diuersos agros colens vult vnūquemq; sibi vti-  
lem esse. Et qui diuersas arbores in orto habet vult ex quolibz  
fructum h̄re. Sic dñs deus a diuersis membris que dedit homi-  
vult sibi diuersos census solui. Auribus ergo libenter audias  
verbum dei ⁊ offitiū misse. oculis desleas peccata tua. manibus  
pauperi porrigas quod habes de iusto. pedibus deseruias pere-  
grinationes faciendo. viriliter etiā debes deo seruire. Et sic pri-  
te non cohibuit timor eterne pene a peccato. sic te non cohibeat  
a seruitio eius timor temporalis aduersitatis. Vñ Alexander pa-  
pa. Propter delectationes mala facimus. propter tristitiā vero  
a bonis remouemur. Itē notandum qd Ansel. dicit in libro de  
similitudinibus. qd homines tribz de causis seruiunt deo. scz timo-  
re. cōmodo et amore. Nam sunt nonnulli qui si scirent penas in-  
ferni non esse: nulla promissione eternoꝝ bonoꝝ a suis pecca-  
tis cessarent. qui licet penas eoz qui deum non timent: euadūt  
tamen eteruam salutem non consequunt. Vnde de hoc Augu-  
Ipsa voluntate reus est qui vult quod non licet fieri. Vñ Greg  
in pasto. Si a praua adione formidata pena prohibet. profecto  
formidantis animū nulla spūs libertas tenet. nam si penam nō  
metueret culpam proculdubio perpetraret. Alij deo seruiunt:  
vt magnū habeant premiū siue hic siue in futura vita. De q̄bo  
deus dicere pōt. Gratia ppriū comodi vos mea mandata seruas-  
tis. non qz me presentem diligebatis: sed mea lucrari volebatis  
Sic ergo quasi regi terreno seruiunt. non qz amant: sed qz do-  
na eius terrena diligunt. Et tale seruitiū non est deo gratū nec  
homini meritorium. quia nullum opus placet qd non ex caritas-  
te fit Bern. Caritas est bonū cum quā nec minimū opus despi-  
atur. sine qua nec maximū acceptatur. Vnde dicit in decretis  
Opera em̄ extra caritatem non valent ad salutem. Alij sūt qui  
ex amore deo seruiunt ⁊ mandata eius custodiunt. ⁊ isti bonaz  
mercedem acquirunt. Item merces quā deus suis seruatoribus so-  
let dare qui sibi ex amore seruiunt: non est temporalis nec trans-  
itoria: sed durabilis est ⁊ eterna Ecclia. 18. Merces dei manet  
in eternum. Ista merces ē sūmum bonum eternorum gaudioꝝ  
quod datur vnicuiq; fideli seruo ex amore seruienti: nō timore  
vel cōmodo. Item tali dicit xp̄us. Serue bone et fidelis ꝛ. De  
illo gaudio dicit Ap̄tus. Oculis n̄ vidit nec auris audiuit ꝛ.



xxxiii

Quantum ad scdam partem istius sermonis dicit hic Aposto-  
 lus. Stipendium peccati mors est. Sciendum qd omnia illa que  
 corporaliter morienti eueniunt: contingunt etiam spūaliter p pec-  
 catum mortale. et sunt octo. Primo em mors separat animam a  
 corpore a qua habuit valorem suū. vnde remanet corpus quali  
 truncus inutilis. Sic pām mortale separat animaz a deo a quo  
 habuit valorem suū vnde remanet anima mortua spūaliter co-  
 ram deo. Aug. Vita est amor. qui non amat mortuus est. Secū-  
 do mors auferit corpori motuz. sic pām anime. homo mortuus  
 non sentit percussus. nō erubescit denudatus. non respondet vo-  
 catus. sic existens in peccato non respondet. Prover. 23. Vere  
berauerunt me et non dolui. traxerunt me et non senti. Deo em  
 verberauit siue verberat p infirmitates et aduersitates. trahit p  
 beneficia. vocat per predicationez et internam inspirationem. h  
 ipsi peccatores spūaliter mortui non sentiunt. Vñ de hoc dicit  
 in psal. Nescierunt neq; intellexerūt in tenebris ambulant. Ter-  
 cio mors cadauer ponderosum facit. sic spūaliter peccatus aiam  
 ponderosam facit Hiero. Vnum pām scienter cōmissum mains  
 est toto mūdo et grauius quolibet monte. Hoc patet in lucifero.  
 quem celum non potuit sustinere. et in dathan et abyron quos  
 terra absorbit. Patet etiam quotidie in peccatis mortalibz mo-  
 riantibz. De quibus dicit Job. 2. Ducunt in bonis dies suos. et  
in puncto ad inferna descendunt. Sic si omnes mōtes plumbei  
 essent et sup vnum iustum caderent hunc ad infernum non tra-  
 herent. Et tamen pām est ita ponderosum qd in momento illic  
 trahit peccatorem. Vnde Exodi. 15. Descendunt in profundū  
quasi lapis. Quarto moriens corporaliter omnibz bonis tempora-  
 libz spoliatur et denudatur. Sic moriens spūaliter in anima per  
 mortale pām perdit diuicias bonoz suoz operum Ezech. 18.  
Si auerterit se iustus a iusticia sua et fecerit iniquitatē iusticie sue  
quas fecit non recordabunt amplius. Hinc Job. 9. conqueritur  
Ego quondaz opulentus repente interi. Quinto moriens cor-  
 poraliter nihil operatur de cetero. Sic qui moritur in peccatis:  
 quicquid de genere bonoz facit quantum ad regnum celoꝝ. ac  
 si non fecerit reputatur. Isaie. 59. Opera eoz inutilia. et opus  
iniquitatis in manibus eoz. Sexto fetet cadauer hominis mor-  
 tui super oēm fetorem vt nullus posset habitare cū eo. Sic pec-  
 catum mortale animaz fetere facit coram deo et angelis sanctis.  
 Vnde etiam Ansel. ait. Tolerabilus fetet canis putridus q̄ as-  
 nima peccatrix deo. Septimo mors auferit ab homine omnez de-

*Ad Rom. cap. 6.*

*Proverbi. Capite. 23.*

*Exod. cap. XV.*

*Ezech. XVIII. cap.*

*Isai. cap. LIX.*



## Sermo

cozem et formam: et reddit corpus abhominabile et horrendum  
ad videndum. Sic patrum ab anima aufert omnem decorem. **Tren.**  
Egressus est a filia syon omnis decore eius. **fm August.** Anima  
peccatrix nigrior est coruo. **Dato** a corpore moriente amicorum  
turba alienatur et turbatur. sic omnes sancti angeli ab anima in peccatis  
moriente alienantur et turbantur. **Vnde Job. 14.** Dereliquerunt  
me propinqui mei: et qui me nouerunt alienati sunt a me. **Tunc post-**  
**modum** sepelitur corpus in sepulchro et anima peccatrix in inferno.  
**Tunc post hoc** corpus a vermibus consumitur et anima cruciatur.  
a demonibus **fm peccatorum** multitudinem. quia quodlibet patrum  
mortale speciale habet penas in inferno. **Vnde de hoc dicit in**  
**decretis** **Varia** crimina sunt variis penis punienda. **Vn Berni-**  
**in sermone.** **D** gelennalis regio fugienda: ubi est ignis ardens  
frigus uregens. vermis immortalis. fetor intolerabilis. mallei per-  
tidentes. tenebre palpabiles. confusio peccatorum. inmoderata vin-  
tulorum. horribiles facies demonum. **Tremor** enim totus occupat  
me ad memoriam huius regionis. **Quantum ad tertiam partem**  
istius sermonis dicit. **Gratia** autem dei vita eterna. **Vn hic querit**  
**utrum** quis sine gratia possit eternam vitam mereri. **Rnde** quod non  
**Deus** enim creauit hominem ad ymaginem et similitudinem suam  
ut per hoc semper ex naturali inclinatione tendat ad ipsum. **Sed**  
quod homo ex sua naturali virtute hoc non potest: ideo deus ei con-  
tulit quandam excellentiorem virtutem scilicet ipsam gratiam ut non so-  
lum ad deum tendat per naturalem inclinationem. sed etiam per vir-  
tutem supernam que insufficientiam nature supplet et adiuvat.  
quod in puris naturalibus non meremur: ac per hoc sine gratia nihil  
possumus facere **Aug.** **Desiderate** auxilium gratie qua sola homines  
liberant a malo siue nolendo siue volendo siue agendo faciunt bo-  
num. **Et ratio** huius est. quod nulla res potest producere effectum sue  
nature non proportionatum. sic aliquis non potest sua virtute facere  
re opera nostra meritoria vite eterne nisi assistat altior virtus.  
que dicitur gratia. **De qua dicit Apulus.** **Gratia** dei sum id quod sum  
quasi diceret. **Totum** quod est virtuosum atque meritorium hoc totum  
habeo ex gratia dei. **Sed** queritur utrum aliquis ex propriis meritis  
potest habere gratiam gratis facientem. **Rnde** quod non. quia hanc  
gratiam qua iustificamur a peccatis et grati efficiamur deo: per quam  
opera nostra sunt meritoria eterne premii: a deo habemus quod nul-  
lus potest hanc gratiam mereri de condigno merito. sed solo merito  
congruo. **Notandum** tamen quod communiter doctores dicunt quod licet pec-  
cator opus meritorium vite eterne non possit facere sine gratia gra-  
tium faciente: nec se possit illuminare per gratiam. potest tamen aliquid  
facere: quo facto illuminatur. ut aperire ianuam vel fenestram. Sic



de gracia dei est. deus enim est semp paratus conferre grā suam  
 Apocal. 3. Ego sto ad ostium et pulso per inspirationē in terra  
 nam, si quis mihi aperuerit se3 remouendo a corde suo obicem  
 peccati introibo ad eum se3 aserendo ei grām meam. quia homo  
 debet facere qd in se est tunc deus ammistrabit sibi grām suā.  
 Aug. Qui creauit te sine te: non iustificabit te sine te. vñ Gres  
 gonus in omel. Bonum qd agimus dei est et nostrum. dei per  
 preuenientem grām, nostrum p obsequentem voluntatem. vñ  
 etiaz Crisostimus sup Mat. voluntas debet pcedere vt gracia  
 sequat. Sine voluntate gracia nihil opatur: nec voluntas sine  
 grā p̄t. Nā terra si germinat sine pluuia. nec pluuia fructificat  
 sine terra.

**Dominica octaua post penthecosten.**

**Epistola beati Pauli ad Romanos Cap. 8.**

Ratres. debitores sumus non carni vt fm carnē  
 vinamus. Si enim fm carnem vixeritis morie  
 mini: si aut spiritu facta carnis mortificaueritis:  
 viuetis. Quicumq; enim spiritu dei aguntur: hi filii dei sūt  
 Non enim accepistis spm seruitutis itez in timore: sed ac  
 cepistis spm adoptionis filiorum in quo clamamus abba  
 pater. Ipse enim spiritus testimoniu reddit spiritui nostro.  
 qd sumus filii dei. Si aut filii et heredes. heredes quidē dei  
 coheredes autem cristi,

**Sermo super Epistola pcedenti xxxv.**

Debitores sumus etc. Roma. 8. In epla hodierna hortat  
 nos ap̄lus Paulus ad mortificationez carnis et ad imi  
 tationez spūsancti. di. Debitores sumus etc. Vnde in p  
 senti sermone tria sunt dicenda. Primo de maceratione carnis.  
 Sedo quō operibz carnis debet triplex mors. Terdo de tripli  
 vita quā asert abstinentia cū vno exemplo. Quantū ad primū  
 querit que sit vera maceratio carnis. Rndet albertus in tracta  
 tu de virtutibz. Vera maceratio carnis est cū quis sponte casti  
 gat corpus suū vigilijs ieiunijs oronibus disciplina abstinentia  
 cibi et potus vt in oibus caro subiciat spūi. *Hoc fecit ap̄lus dic.*  
 Castigo corpus meū et in seruitutez redigo. Et iudith que erat  
 mulier iuuenis pulchra diues et vidua: postq; mansit cū viro suo  
 tribz annis et sex mensibz in virginitate hūit cilitū sup lumbos  
 suos: et ieiunauit oībz diebz preter solemnes. Sic etiaz legit de  
 beata cecilia que habuit cilitium ad carnē suam et super vestem  
 aureā Vnde abstinentia vera est qñ aliqs pro amore dei et salute  
 ppria nō ab illicitis tñ imo interd a licitis et cessis se cohibeat.

*Abertus Sancti ad Romos.  
 capi. 9. in prima Epistola*



## Sermo

Unde sciendum s̄m Albertū q̄ argumentū vere maceratiōis est cum carne nulla voluptas sed sola necessitas impedit. Voluptas multa dulciora ⁊ plura exigit q̄ necessitas requirit. q̄ s̄m p̄m. Natura in paucis ⁊ modicis contentat̄. Item aliud argumentum est q̄n aliquis s̄m consilium ihesu xpi odit aiam suam in hoc mundo. Nam xpus dicit Joh. 12. Qui odit animam suam in hoc mdo ⁊c. quod bene exponit Greg. et ait. Tūc bene odimus cum carnalibz eius desiderijs non acquiescimus sed frangimus. Item xpus dñs noster ⁊ saluator docet nos macerationez carnis ⁊ abstinentiā. Unde Bern. in sermone. Xpus qui nō salitur elegit qd̄ carni molestius est. id ergo vtilius. i. magis eligendum est. Et quicunqz aliud docet vel suadet ab eo tanqz a se ductore cauendum est. Et ratio est qz nemo potest habere duo regna: scz vnū hic s̄m corpus. ⁊ aliud in futurum s̄m animaz. Unde Hiero. in epistola. Difficile ymo impossibile est vt p̄nibus quis simul fruatur bonis et eternis. vt hic ventrem ⁊ illic mentem repleat. et de delicijs transeat ad delicias vt in vtroqz seculo sit primus: ⁊ in terra ⁊ in celo appareat gloriofus. Unde etiam Bern. Qui corpalius voluptatibz pascitur: eternaruz deliciaz indignus habetur. Et hoc diligenter sancti antiqui patres ponderauerūt. Icaro in magna abstinentia vixerunt sicut narrat sanctus Hiero. de pluribz patribz sanctis. Exemplum de illo qui pependit amphoram madidam ante oculos suos vt videndo ⁊ abstinendo pumiret. Hoc quere in prompt. a. i. Quantum ad scdam partem istius sermonis dicit hic Ap̄lus Si s̄m carnem vixeritis moriemini. Unde scienduz h̄ operibus carnis debetur triplex mors scz nature. culpe ⁊ gehenne. Mors nature cōmunis est omnibz hominibus. vñ statutuz est omnibz semel mori. Unde Arist. de vita et morte que sunt omnibz cōmumia. Et illa mors naturalis anticipatur illis qui voluptuose s̄m carnem viuunt. quia nimia repletio ciboz causat infirmitates Eccia. 37. In multis estis erit infirmitas. et consequenter abueniat vitam ⁊ inducit mortem. Propter crapulaz: multi obierunt. Sciendum q̄ quelitū est a quodaz pho cui si milis esset homo, Rūdet phus. aceruo niuis. rose matutine. et pomo noctuo. Aeruus niuis ad tactum caloris sumitur. Sic etiam homo. ⁊ sicut rosa ante solis occasum colorem habet pulchrum et postmoduz marcidum. Sic homo in iuuentute habet colorem pulchrum: sed cum in senectutem ierit est pallidus.

*Nota bene*

*Ad Roma. 8. capi. Triplex est mors peccatorū: Naturae, Culpae ⁊ Gehennae.*

*Ecclesi: capi. 37.*

*Joh. 12. e. Luca. 14.*

*prima mors*

*Eccl. 37.*



XXXV

Pomum aut ut frequenter habet vermem corrodentem: sic ho-  
 mo in presenti apparet pulcher et fortis: sed interior vermis et cas-  
 lae naturalis continuo eum consumit. Item sciendum quod anni et  
 dies impiorum secundum iustitiam dei breuiabunt. Juxta illud Job. 22  
 Sublati sunt ante tempus suum. Et hoc fit propter tria. Pri-  
 mo ne viuendo peiores fiant sicut medietas vnius membri alii in-  
 scinditur ne residuum corumpat. Secundo ne plus quam expediat in-  
 istos et bonos homines affligant. Item Regum. 24. Rex abia tri-  
 bus annis regnavit in hierusalem. ubi dicitur glosa. Non amplius  
 quia ambulavit in omnibus peccatis patris sui roboam filij salo-  
 monis. Sicut adhuc oppressores pauperum pupillarum viduarum  
 et subditorum ante tempus sepe moriunt. Tercio ne bona tempa-  
 lia quibus sustentandi sunt indigentes deo seruientes male viuere  
 expendant et consumant contra deum proximum et ipsam salutem.  
 Secunda est mors culpe. Unde Bern. Omne peccatum quod ducit  
 ad mortem mors anime est appellanda. quia sicut mors occidit cor-  
 pus: ita peccatum animam. Unde Ezechiel. 18. Anima que peccauit  
 rit ipsa morietur. Ioh. 1. Peccatum cum consummatum fuerit: gene-  
 rat mortem. Pro quo sciendum quod homines triphenter peccant. Pri-  
 mo peccant ex infirmitate: sicut petrus qui negauit christum. Et ta-  
 les peccant contra patrem cui attribuit potentiam. Secundi ex ig-  
 norantia sicut Paulus qui dicit. Ignorans feci et tales peccant  
 contra filium cui attribuit sapientiam. Tercio ex certa malicia. sicut  
 Judas qui scienter vendidit christum. tales peccant contra spiritum san-  
 ctum cui attribuit bonitatem. Pro quo sciendum quod peccatum in spiritu  
 sanctum non dimittit hic neque in futuro. sicut christus dicit in euan-  
 gelio Mat. 23. Qui dixerit verbum contra filium hominis remitte-  
 tur ei. sed qui dixerit contra spiritum sanctum non remittetur neque hic  
 neque in futuro. Vbi notandum quod peccatum in spiritu sanctum dicitur ir-  
 remissibile propter duo. Primo quia non habet excusationem. sicut  
 peccatum quod per ignorantiam committitur: vel propter fragilitatem.  
 quia peccatum in spiritu sanctum procedit ex certa malicia. Secundo dicitur irremissi-  
 bile sicut morbo de incurabilis de se quoniam tollit ea que sunt causa curationis  
 eius. sicut quoniam debilitat naturam et debilitat quietem et requiem. talis  
 infirmitas dicitur incurabilis de se: sed tamen per potentiam dei potest  
 curari. Ita est de peccato in spiritu sanctum. quia de se tollit omnia que  
 sunt causa remissionis peccati. tamen per infinitam dei misericordiam potest remitti.  
 sed cum difficultate. Ideo diligenter cauendum est ab illo peccato  
 quod fit scienter et ex certa malicia et ab omnibus alijs peccatis

*Sublati sunt ante tempus*

*Nota in*

*Mors secunda s. culpa  
capit. 18. Ezechiel.*



## Sermo

mortalibus: quia vnuz p̄m̄ frequenter nascitur ab alio. quod sic probat. Superbus qui vult omnes excellere ⁊ excedere dolet si aliquis ei adequat. et sic ex supbia nascitur inuidia. Inuidus autem ex facili irascitur ei cui inuidet. ideo ex eo nascit ira. Sed ira cum non potest se vindicare tristatur, ideo ex ira nascit acedia. Acedia vero consolationez querens facit auaruz. Auandia autem tempalibus abundans p̄t magis e recere gulaz. Gula autez post ventris repletionem defacili spumat in libidinem. ita et generat luxuriam. Vnde Greg. Peccatuz qd per penitentiaz non diluitur mox suo pondere ad aliud trahit. Tercia moza e eterne pene. Nos videmus ad sensum qz mozs corpis est terribilissimū oim que occurrunt in hac vita sicut dicit Arist. Terribilissimū omnium videtur esse mozs. Sic etiaz mozs eterna est grauissima pena penaz ⁊ interminabilis. quia damnati semper moriunt et nunq̄ consummabunt. Videmus etiam ad oculum in presenti qn̄ aliquis agonizat per tres vel quatuor dies q̄lem dolorem ⁊ q̄ amarissimā mortem sustinet; cum tñ mozs nihil aliud est q̄ separatio anime a corpore fm̄ Arist. D q̄ terribile tūc erit qn̄ damnati eternaliter moriunt. et sine fine agonizat cum eterna morte. Vnde psal. Mozs depascet eos. Si quis tctū mūdum hūc haberet libenter careret qz posset mori sicut pecus. Vñ dicit Apocal. 4. Desiderabunt tunc mortem homines et mozs fugiet ab eis. Vnde hic queritur vtz damnati tunc bonū p̄t velle, Rūdetur qz non. qz voluntas deliberatiua intm̄ est corrupta qz nunq̄ p̄t bonū velle. Videmus em̄ in vniuerso qz triplex est differentia locoꝝ scz supremus. medius ⁊ infimus. In supremo sunt angeli ⁊ electi dei. ⁊ isti sunt in bono confirmati qz nullo mō p̄t malum velle. In infimo loco sunt damnati in inferno. et isti sunt in malo obstinati qz nō p̄t bene velle. In medio loco scz in mōdo sūt hoies vtriusqz sexus. ⁊ isti vsqz ad mortem p̄t esse boni ⁊ mali ⁊ cadere in p̄m̄ ⁊ resurgere q̄dū sūt in mōdo. Item querit vtz demones p̄t bonum velle et facere. De hoc habet exempluz in prompt. Job. 34. Quantū ad tertiaz ptem istius sermonis dicit hic Aplus. Si autē spiritu sancto facta carnis mortificaueritis v̄uetis. et hoc triplex vita. Primo vita naturali. qz vita corpalis prolongat per abstinentiaz ubi ⁊ potus Ecclia. 27. Qui abstiniens est adiuet vitam. Et hoc est vna ratio qz olim antiqui patres ante diluuium et ante cristum vixerunt tam diu. Sed post diluuium homines nō tam diu vixerunt, Etiam tunc delectate sunt vires herbarum et fructuum

*Tercia mozs est mozs  
eternae pene*



xxxvi

*Nota bene.*

Sunt aut plures homines qui diutius uiuerent si abstinentiam seruarent. Pater in religiosis qui comuniter diutius uiuunt q̄ seculares. Vnde Hiero. Mater sanitatis est abstinentia ⁊ mater egritudinis voluptas. qz homines crapulosi diuersas incurunt infirmitates. sicut ptz in diuitibus laute uiuentibz, qui autē in abstinentia uiuunt comuniter sunt sani. Aristo. de regimine p̄cipuum. Abstinerere a comestionibz nimis ⁊ supfluitate est suma medicina. Secunda uita est spūalis que conseruat per abstinentiam, vnde dicit Johannis. 6. Spiritus est qui uiuificat. Nam spūsanctus ignis est. sic corda pura per abstinentiā acquirunt vnde dicit Luce. 6. Beati qui nunc esuriunt ⁊c. vnde notandū qz animaz hominis nihil pōt replere. nisi ille cuius ymaginem representat. sicut terra sigillata non nisi pprio sigillo impletur si alteri applicet. necessario recipit ymaginem alterius. Et p̄ior figura scz anima deo cōiuncta si cōiungat cuilibet temporali rei per amorem recipit eius ymaginē Aug. D anima talis es q̄lis est dilectio tua. vltimo nota exemplum de muliere que audiuit dulcissimum tantū auicule. Hoc quere in proptuario. g. 14

*Luce. cap. 6. Math. 5.*

**Domínica nona post penthecosten.**

**Epistola beati Pauli ad Corinthios**

*Cap. 10 in prima epistola*

Ratres. Non sumus concupiscentes maloz. sicut et illi concupierunt. nec ydolatre effidamini sicut quidā ex ipsis quēadmoduz scriptum est. Sedit populus manducare ⁊ bibere ⁊ surrexit ludere. Neqz fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sunt ⁊ ceciderunt vna die. xxxiii. milia. Neqz temptemus xpm sicut quidaz ex ipsis temptauerūt ⁊ a serpentibus perierūt. Neqz murmuraueritis sicut quidā murmurauerūt ex ipsis ⁊ perierunt ab exterminatore. Hec aut omnia in figura cōtingebant illis. Scripta sunt aut ad correptionē nostrā in quos fines seculoz deuenerunt. Itaqz qui se existimant stare. videat ne cadat. temptatio vob non app̄hendat nisi hūana. Fidelis aut deus qui non patietur vob temptari sup id qd ferre potestis. sed faciet vob temptatione prouentū. vt possitis sustinere.

**Sermo super Epistola p̄cedenti xxxvi.**

On sumus concupiscentes maloz sicut illi concupierūt prima Coz. 10. Nos videmus ad sensuz qz os ex aliquo facto aliquibus male contingit: illi solent a os suos



## Sermo

monere ne simile malū madant. sic omniūz fidelium amicus. A  
postolus paulus in ep̄la hodierna recitat peccata ppli i srah q̄  
bus deum offenderunt: ⁊ etiā plagas quas n̄ currerunt monē  
do nos fideliter talia faciamus. qz si simile: eis fuerimus in cul  
pa: similes eis erimus in pena. Ergo dicit hic. non sumus co  
cupiscentes ⁊c. Vñ in presenti sermone tria sunt dicenda. que  
tanguēt in ep̄stola hodierna. Primo quare non debemus con  
cupiscere malūz. Scde de ydolatria vnde ortum habuit. Terco  
de casu peccatoz. Quantum ad primū sciendum qz quinqz rō  
nes p̄nt assignari quare non debemus malūz concupiscere. Pri  
muz quia malū concupiscere est dyabolici. Concupiscentia e n̄  
mala dyabolum fecit ex angelo. ⁊ hoc p̄m dyabolo assimilāc.  
Scdm est. quia qui mala concupiscunt bonis non saturabuntur  
iuxta illud Mat. 5. Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam ⁊c.  
Tercū est quia malū concupiscere est concupiscere venenū serpen  
tis infernalis qd̄ peius est. Vnde Ecclia. 21. q̄i a facie colubri in  
ge p̄m. Quartum est. qz malū est concupiscere vnicula ⁊ car  
ceres dyaboli appetere. Proū. 5. Iniquitates sue capiunt impiū  
⁊ sumibz peccatoz suoz vnusquisqz constringitur. Vnde etiaz  
in psal. Funes peccatoz circumplexi sunt me. Quintuz qz malū  
concupiscere est mortem desiderare Sap. 6. Domo p̄ maliciāz oc  
cidit animam suam Ezech. 18. Animam que peccauerit ip̄a mo  
rietur. Et contra dicit Sapie primo ca. Nob̄ zelare mortem.  
Concupiscere debemus toto corde gratiam in p̄nti ⁊ gloriā in  
futuro. Quantuz ad scdam partem istius sermonis dicit hic A  
postolus. Neqz ydolatre efficiamini sicut quidā ex ipsis. Vnde  
sciendum qz ydoam in vulgari nommat abgod. ideo qz auer  
tit homines a deo ⁊ subdit eū dyabolo tra votum quod in ba  
ptismo promisit ⁊ pompis eius. Vnde quēnt cum homines ab  
initio nisi vnum deū haberent: vnde incepit ista sup̄sticio cultu  
re ydoloz. Rūdeo qz apud babel que nunc est magna ciuitas  
babylonia in qua turris gigantū exorta legitur: cuius altitudo  
est. Juxta illud Aug. Aurum habes in archa dives es. deū ha-  
bes in conscientia dives non es: coniunge aurum et deū. archaz  
a conscientiam. Quarto caritas est locus vbi nullus mala patit  
Ecclesiastici. 8. Qui custodit mandatu non experietur quicq̃  
mali. In caritate radicatus erat apostolus qui dixit, Certus suz  
quia neq̃ mors ꝛ. imo potius esset eligendum homini q̃ sepa-  
raretur ab eo caput a vnūquodq̃ membrum sigillatim q̃ q̃ se-  
pararetur a xpo a membris eius. h̃ sunt multi qui valde time-  
rent si deberent ab eis abscindi membra corporis. sed separatio  
nem a nobilissimo capite scz xpo a corpe ecclesie cuius caput  
est xpus non timent habere per p̃m̃ mortale.

**Dominica. xvii post penth Ad Ephesios** *Capite 4*

**O**bscuro vos ego vincus in domino vt digne am-  
buletis vocatione qua vocati estis cū omni humi-  
litate a mansuetudine. cū padentia supportantes  
inuicem in caritate. solidite seruate vnitatem spūs in vin-  
culo pads. vnum corpus et vnus spūs sicut vocati estis  
in vna spe vocationis vestre. vnus dñs vna fides vnum  
baptisma. vnus deus et pater omniū qui est super om̃s  
et super omnia in omnibus vobis qui est benedictus in  
secula seculozum Amen.

**Sermo super epistola precedenti. xliiif.**

**O**bscuro vos ego vincus in domino vt digne ambule-  
tis vocatione qua vocati estis Ad Eph. 4. Nec verba  
epistole hodiernae scripsit paulus rome existens in carce-  
re ephesius qui ad fidem cristi per predicationem pauli conuersi  
erant. Vnde pius pater volens amonere filios suos ad laudabi-  
lem conuersationem dicit Obscuro vos ꝛ. Vnde in p̃ti sermo-  
ne tria sunt dicenda que tangunt in presenti epla, Primo de di-  
gnitate regni celestis. Secūdo de virtutibz per quas venitur ad  
regnum celoꝝ. Tercio de leprosis cum vno exemplo. **Q**uan-  
tum ad primuz sciendum q̃ illa ciuitas ad quam vocati sumus.  
non est regnū francie sed regnum glorie. Ad regnū francie in-  
ungit archiepiscopus. sed ad regnum glorie ipse spūs sanctus.  
Ad regnū francie sit mutatio vt dicit de celo missa ꝛ. Notand  
q̃ principalis causa creationis hominis in m̃m est regnū celestē  
beatitudinis a diuine perceptio. Vnde magister senten. disti. 1.  
Deus a principio hominem ad hoc creauit vt participes fieret





## Sermo

sue beatitudinis eterne, Nam quis deus posset hanc beatitudinem homini gratis dare et sine meritis: tamen melius est cum labore eam acquirere et hoc propter maiorem honorem et laudem. Maior enim honor erit beatis gloria sempiternam propriis viribus acquisivisse quam gratis a deo accepisse. Iohannes dicit beatus Augustinus Ad magna premia pervenire non possumus: nisi per magnos labores, Leo papa. Non dormientibus et ergo quilibet homo cupiens salvari debet laborare bonis operibus quotidie viriliter et sine tedio. Hieronymus in epistola. Nullus labor durus: nullum tempus longum videri debet quo gloria eternitatis acquirunt. Vbi sciendum quod deus in presenti vita cognoscitur imperfecte quia ex auditu in celo autem perfecte quia ex visu. Hic cognoscitur ab aliquibus in celo autem ab omnibus qui ibi sunt. Hieremie .12. Omnes enim agnoscent me a minore usque ad maximum. Ecce infans qui natus est hodie in mundum neminem agnoscit. non patrem neque matrem. nec aliquem in mundo. adeo insipiens est quod non scit discernere inter bonum et malum. iste baptisatur et moritur. anima illius pueri ad celum veniens faciem dei videndo adeo efficitur sapiens quod plus cognoscit de deo quam omnes philosophi et magistri qui sunt in mundo. Sunt multi dicentes quod pater et mater non cognoscunt filios: sed quomodo posset ibi esse perfecte gaudium sanctorum nisi ibi esse mutua cognitio et dilectio. imo non solum cognoscit homo propinquos suos quos hic novit. sed etiam illos qui ante mille annos sunt mortui et ultra. Unde ait Gregorius in dialogo. Sancti non solum cognoscunt quos hic in mundo viderunt et noverunt. sed etiam quos nunquam viderunt. Et electi in celo: non solum vident omnes creaturas sed etiam omnia facta hominum et creaturarum. Unde magister sententiarum libro .4. di. 5. Qui claritatem dei vident in creaturis. nihil est quod videre non poterunt. omnia enim vident que sunt in mundo. in celo in inferno et in purgatorio. Vident etiam in mundo homines et animas in inferno existentes cognoscunt. Unde Gregorius: Quid est quod non vident qui videntem omnia vident. Quantum ad secundam partem istius sermonis dicit hic Augustinus. Cum omni humilitate et mansuetudine in omni patientia supportantes invicem. In istis verbis specificat Augustinus ea que requirit dignitas ad quam vocati sumus enumerando hic virtutes. scilicet mansuetudinem. patientiam humilitatem. unitatem spiritus in vinculo pacis tamquam valde

*Paulo ad Ephesios  
Capitulum 4.*



xxxiii

necessaria cuilibet qui vult ad regnum celoꝝ peruenire: ad qđ  
 quilibet homo vocatus est. ad quod nullus pueniet nisi sit vir  
 tuosus. Et quo patet qđ quilibet homo magis habet curare de vir  
 tutibus qđ de cerimoniaꝝ & exercitijs corpaliꝝ. In virtutibus  
 enim & non in exterioribꝝ actibus pncipaliter consistit meritꝝ  
 nostrum & salus nostra. Cerimonie nostre exteriores & corpora  
 les exercitationes in vigilijs & ieiunijs & ceteris huiꝝmodi sūt  
 instrumenta perueniendi ad illa interiora que non sunt nisi in  
 ordine ad illum finem: aut quantꝝ a bonis actibus interiori  
 bus imperant ꝛc. Vnde quilibet xpianus toto conatu suo debet  
 virtuosam vitam habere. Vnde Aristoteles, Virtuosoz beatis  
 sima est vita. Vnde hic querit que sunt signa per que virtuos  
 sus homo cognoscitur. Rñdetur qđ sunt septem, Primuz est qñ  
 alios homines diligit qui sunt virtuosꝝ ppter virtutes quas in  
 se habent. Vnde Seneca. Scias eum multas virtutibꝝ abundare  
 qui alienas amat. Vnde Aristoteles, Bonoz est amare bonos  
 Scđm est si habet dilectionem ecclesie in celebratione festoꝝ  
 in ieiunijs ne transgressor efficiatur. *Joh. 14. Qui amat māda*  
*ta mea & seruat ea hic me diligit.* Tertium signū est si castigat  
 corpus cum xpo. Vnde Apłus. Qui chřsti sunt carnem suaz cru  
 cifixerunt cum vicijs & concupiscencijs. Per opposituz dyaboli  
 sunt qui cum diuine epulone in delicijs viuunt. Quartū signū  
 est si quis non sui capitis est nec proprie voluntatis: sed humili  
 ter se submittit & sequitur alioꝝ doctrinam. Sed queritur hic  
 vnde causatur capitositas. Rñdetur ex ppria superbia qua ho  
 mo se putat esse prudentem & presert se alijs. Apłus. Vnusqꝝ  
 in sensu suo abundat. et tales alijs vix credunt se humiliando.  
 Vnde Greg. Valde difficile est vt is qui se existimat sapientem  
 mentem ad humilitatem reducat. Quartuz signum est. cū quis  
 pauca verba honesta & vtilia profert. Vnde ead. Virtutem pel  
 maz puta compescere linguam. Dypositum ostendunt qui tur  
 pia & inhonesta verba proferunt. vnde Hieronimꝝ. In verboꝝ  
 pondere probatio consistit vite humane. Sextum signum est cū  
 quis habet patientiam in aduersis. Dypositum ostendunt iras  
 tundi & ipacientes. Vnd Gregorius, Qualis vnu quisqꝝ apud  
 se lateat illata contumelia probat. Item Gregorius in dyalogo  
 Ego virtutem patientie signis & miraculis maiorem credo. Se  
 ptimuz signum cū quis omnia verba & facta proximi in melio  
 rem partem interpretatur & non libenter audit loqui maluz de

*Joan. Epi. decimo quarto*

*Paulo Apł. ad Gallatas  
quinto capite.*

*Nota: huc: uerbor  
melis est silere, qua loqui.*





## Sermo

Luce Capite. 6. 2  
Mathay Capite. 7. et ad roma.  
capite. 14.  
Ad Ephe. 4. Capite.

Luce 17. capi.

proximo nec faciliter credit, Unde est communis regula iuris qd omnia dubia sunt in meliorem partem interpretanda. In signu huius dixit xpus Luce. Nolite iudicare et non iudicabimini. **Quantum ad tertiam partem dicit hic Applus. vnus deus et pater omnium.** In quibus verbis apostolus ostendit nos ee fratres quia habemus vnum deum et vnu patrem. ergo sumus in vicem fratres, Icaro non debemus spernere proximos nostros infirmos et defeduosos. vnde beatus Greg. Omnes fratres sumus equali potestate conditi et sanguine xpi redempti. Et icar eo fratres nostros quantunqz pauperes et despectos in nullo despiciere debemus. Ratio e: quia quilibet nostruz talis fieri an finem vite sue potest si deus pmiserit. scz cecus. mutus. claudus leprosus. Et sicut velles tibi compati et non derideri et despici. sic iam fac proximo tuo defeduofo. Seneca. quod ab alio tibi oderis et cetera. Vnde est sciendum qd inter homines infirmos leprosi comuniter sunt abiectissimi. Ideo loquendo de leprosis tria sunt que debent leprofos consolari vt bonam fiduciam habeant de deo licet modo sint abiecti. Primum qd xpus et sancti in presenti multuz venerati sunt leprofos. quod patet Mat. 8. vbi dicit qd leprosus veniens ad xpm dixit. Domine si vis pos<sup>Mat</sup>tes me mundare. et confesim mundata est lepra eius. Item Lu. 17. dicit qd decem leprosi occurrerunt dno dicentes. Preceptor miserere nostri. quos vt vidit xpus dixit. Ite et ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent mundati sunt. Similiter et sancti venerati sunt leprofos in pnti vita. Nam beatus martinus leprosum obuiam habuit parisius que osculatus est et mundatus est. Similiter Franciscus seruiuit leprosis. Secundum est nam dñs noster ihesus xpus marie filius mundissimus et speciosissimus voluit reputari in fine vite sue leprosus. Isa. 53. Non e species ei neqz decore et nos reputauimus euz leprosum et passu a deo et humiliatum. In quo dat nobis maxime patientie **exemplum.** Si enim innocens xps pro alienis delictis sic voluit pati. cur non lepram pro nostris delictis pprijs pateremur. Insuper etiam xpus post resurrectione suam qn iam clarificatus surrexit in huius specie infirmitatis plus qd in alia specie sepe visus est apparuisse. In signu qd leprosi mundo despecti sibi magis amici sunt si patienter infirmitatem tolerant. Et in signu huius quando qd suis carissimis dat illam infirmitatem. Exemplum qd



**CLXXXIII**

xpus in forma leprosi inuentus est in lecto. Hoc quere in prom-  
 ptuario in. 3. **T**ertius est quod debet consolari leprosos qd ij si  
 per talem infirmitatem pnt facilliter purgari hic a purgatorio  
 qui est maior omnibo penis huius mundi. **U**nde dicit in dectis.  
**S** ne purgatorij nulla pena est comparabilis. **R**atio e: qe  
 vita eoz est penalis a deus non punit bis in idipsum. **I**nsuper  
 consolari debent qd tales magnum meritum possunt promereri.  
 quia infirmitas eoz despecta est. a etiam quia multiplex e a in  
 sanabilis. **U**nde xpus loquit eis **Luce. 6.** **G**audete in illa die qe  
 merces vestra copiosa est in celis. **I**tem notanduz qd omnes le-  
 prosi a alij infirmi diligenter cauere se debent. **P**rimo ne mir-  
 murent contra deu impacienter qd leprosi sut. **R**atio e fm **D**ie  
 ronimu. quia que patimur iuste patimur. **N**am pro vno pecca-  
 to mortali omnia meremur pati. **I**tem pius pater tamqz filios  
 carissimos misericorditer flagellat quos recipit. vnde **H**ieroni.  
**N**on est desperandum de eius salute qui terrenoz flagellatur  
 aduersitate. **I**circo leprosi debent diligenter attendere futuraz  
 gloriā que dabitur eis si hic patientes fuerint. vnde **V**lidor  
 de sumo bono. **Q**ui vite future premia diligenter extogitat. ma-  
 la omnia presentis vite equanimiter portat. et ex illius dulcedi-  
 ne huius amaritudinez temperat. **S**ecdo vt luxuriam diligenter  
 fugiant non solum ad actum: sed etiam ad morosas delectatio-  
 nes et malas affectiones. videns aut dyabolus leprosos carere  
 mundana societate in voluptatem luxurie nititur eos projcere.  
**E**t tales quandoqz euz tali peccato grauiter infestat. **T**ercio vt  
 ab ira diligenter se caueant. quia infirmi cito mouentur. tamē  
 pius eos infestat ira a inuidia vt xpm expellat et dyaboluz in-  
 troducat. **N**ec inuidia fraternam caritatem perturbat. hec facit  
 talem infirmum habere duplicem infirmitatem. hic in pnti suaz  
 infirmitatem corpalem seu paupertatem quo ad leprosum. et in  
 futuro eternā dānationē. qd leprosi dnt mutuā caritatē a patē ad  
 inuicem habere a deo semper gradias agere. vnde **D**ugo de san-  
 cto vidore. **S**tudeat autez infirmus deo gradias agere ne infir-  
 mitas que data est ei in augmentum meriti sit sibi in augmen-  
 tum culpe. **U**nde **A**pplus paulus **N**on sunt condigne passiones  
 huius temporis ad futuram gloriā etc.

*Luce. 6. et in Epistola  
 prima petri. cap. 4.*



**Sermo**

**Dominica decima octava post penthec.**

**Epistola Pauli ad Corinthios: cap. 1. in epist.**

**R**atres. gratias ago deo meo semper pro vobis in gratia que data est vobis in xpo ihesu. qz in omnibus diuites facti estis in illo in omni verbo et in omni scientia. sicut testimonium xpi confirmatus est in vobis. ita vt nihil vobis desit in vlla gratia expectantibz reuelationez dñi nostri ihesu cristi. qui et confirmabit vs vsqz in finem sine crimine.

**Sermo super epistola precedenti. xlv.**

**R**atias ago deo meo semper pro vobis in gratia dei q data est vobis in xpo ihesu. quia in omnibz diuites facti estis in illo. i. Cozz. Hec verba dicit apostolus corā eis qui ad fidem xpi per ihsum conuersi erant. Et idem pōt dici: omnibus vere xpianis qui sunt nomine et vita xpiani non de illis qui sunt xpi proditores. serui mali. hosti eius scz dyabolo adherentes qui sūt xpiani apostate et ideo inutiles. prouer. 6. Nō apostata vir inutilis. qui videtur deterioris conditionis esse qz si nunqz fuisset monachus. Sed de bonis xpianis potest dici q in omnibus diuites facti sunt in xpo. vnde in presenti sermone tria sunt dicenda que tangunt hic in epistola. **P**rimo quomō diuitie spūales in tribus consistunt. **S**ecundo quō diuitie spūales precellunt omnes diuitias totius mundi. **T**ercio de diuitijs temporalibus. **Q**uantuz ad primum scienduz q spūales diuitie consistunt in tribus. **P**rimo in virtutibz **G**regorius. Vere diuitie non sunt opes sed virtutes que sunt tam nobiles et bone q omnes in celo et in terra tam angeli qz sancti non valent remunerare sufficienter omnibz gaudijs et meritis suis virtutem virtuoli hominis nisi solus deus **A**ug. de ciuitate dei. Premiū virtutis est ipse qui virtutem dedit. qz igit ipse virtutes sunt optime diuitie. ideo sume debemus eis intendere. vnd felix iste qui potest dicere tū dauid. **M**ultiplicabis in aia mea virtutem **A**di piscitur ille sumam gratiā in presenti et in futuro sumaz gloriāz **S**ecundo consistunt hęc diuitie in gratia qua quilibet diues est. **P**rouer. 31. **M**ulte filie congregauerunt diuitias. loquendo h de beata virgine q in diuitijs grāz sem purā hoiez supgressa est **H**as em diuitias gratiaz nullus hęc poterit nisi largitore grē tribuant. quia sicut homo non pōt se constituere in esse nature.

+ psalmo centesimo frice  
Simo septimo

Proverbiortū capi. 31.

Cap. 6  
Prouer



sic nec potest tribuere sibi gratiam. Unde sequitur qd sine gratia  
 dei non potest se preparare ad gratiam. nec in gratia conserva-  
 re. nec a peccato se cauere nec opus aliquod meritorium facere.  
**Vñ** **Aplūs.** Non sumus sufficientes &c. **Oportet** ergo qd omnis  
 gratia a deo veniat & tamen inexcusabilis est homo si gratiā nō  
 habuerit. quia gratia gratis datur per quā homo preuentus a  
 deo semper presto est liberum arbitrium excitare & comouere et  
 hoc quod est in se facere & ei consentire. quo facto poterit gratiā  
 gratum facientem hñe quia hoc est ad gratiā se habilitare quia  
 de intentione dei mouentis cor hominis ad gratiam est qñ facit  
 homo qd in se est omnez gratiā habeat. & sic non potest falli. et  
 quāuis gratia dei semper presto sit: tamen nisi homo apponat hoc  
 quod suū est gratia non sequetur. **Vñ** **Aug.** Qui creauit te  
 sine te non iustificabit te sine te. **Item** scienduz qd gratia dei sine  
 qua nihil possumus boni facere nec etiā saluari est quadruplex.  
**Prima** est gratia operans que facit de impio pūm. **Vñ** **apłus**  
 fuistis aliquñ tenebre. nunc autem lux in dño. **Et** illa gratia dat  
 sine meritis. **Quia** **fm** **Aplm.** Nec ex operibus iusticie que feci-  
 mus: sed **fm** misericordiam &c. **Secunda** ē gratia cooperans q  
 de bono facit meliozez **Vñ** **psal.** **Ibunt de virtute in virtutez**  
**Tercia** ē gratia perseverans que de pñti vita transfert homiez  
 ad patriā **Mat. 5.** Qui perseverauerit vsq; in finem et taz scda  
 q; tercia est cum meritis. q; **fm** **Aplm** dei cooperatores sumus  
**Quarta** est gratia saluans que tribuit merita **Mat. 2.** Reddet  
 vnicuiq; **fm** opera sua. **Et** illa datur pro meritis. **Vñ** canit ec-  
 clesia. **Santi** mei qui in carne positi certamen habuistis, prete-  
 rea consistunt iste diuitie spūales in bonis operib; **Prover. 10.**  
**Benedictio** dñi diuites facit. **Nos** videmus ad sensum qd fide-  
 ter laborantib; opere consumato redditur premiū. **Cōsimiliter**  
 creauit deus hominez ad imaginem & similitudinē suam vt sue  
 beatitudinis sit capax per bona opera. quia illuc nemo puenit  
 nisi per merita bonoz operum. **Et** ideo qui vult ad vitam eter-  
 nam peruenire debet in ista vita thesaurisare sibi thesaur; in celo  
 per bona opera. quia post hanc vitam non erit tempus con-  
 gruz fructus seminandi sed colligendi &c. **Apostolus.** **Tempe**  
 enim suo metemus. **Vñ** **Bernardus.** Si labor terrat merces  
 inuitat. vnusquisq; enim **fm** suum laborem mercedem acap iet  
**Quantum** ad secundam partem istius sermōnis sciendum qd  
**diuitie** spirituales precellunt omnes diuitias huius mundi.

hauid psalmo 83.



1 Ecclesiasticus. Cap. 15.

Proverb. Cap. 23

Psal. Decimo octavo.

## Sermo

Primo quia facile possunt habere homines omnia quecumque volunt Ecclesia. 15. Ante homines bonum et malum ad quod voluerit extendat manum suam. ergo quicumque vult habere bonum in quo consistunt diuitie spirituales potest. quia in eius voluntate consistit si vult appetere et querere Ioh. 16. Querite et inuenietis. hinc contra diuitias temporales multi volunt habere et non possunt propter quod dicitur Proverb. 23. Non erigas oculos ad opera. scilicet temporalia que vix haberi possunt Ioh. 5. Nihil est thesaurus sine defectu scilicet de temporalibus diuitiis. Apulus. Omne quod senescit prope interitum est. Secundo quia violentia non rapiuntur. quia nullus potest spirituales diuitias auferre a nolente sed temporales cum fraude furto et rapina auferunt etiam contra voluntatem possidentis. Vbi notandum quod deum ab anima nemo potest separare: nisi propria voluntas, unde sequitur quod nihil potest ita difficultate amitti sicut deus. quia nunc nisi voluntarie amittitur. omnia enim alia sicut diuitie. fortitudo. sanitas et multa alia contra voluntatem amittuntur. sed deus non amittitur nisi quoniam voluntas se ab eo auertit Aug. Dne nemo te amittet nisi prius te dimittat: et nisi ipse velit Greg. Potest homo inuitus amittere temporalia. hinc nunc quod nisi volens amittit eterna. Tertio quia in iocunditate possidentur. unde psal. In custodiendis illis retributio multa. glossa. quia in presentia gaudium habent et iocunditatem que tanta est quod dici non potest. Unde basilius in exameron. Dulcedo melliflua dulcedo miranda quam dulcis es meditatione. sed plures non sentiunt talem dulcedinem. Rationem assignat Aug. Gaudium diuine dulcedinis non degustas si carnale cor habes. Beda, Relinque amaras dulcedines voluptatum que mentes trahunt ad interitum Contra temporalia habent annexam amaritudinem. Est enim labor in acquirendo. timor in custodiendo. dolor in amittendo. anxietas in exponendo. magna miseria in vita cum non expenduntur quid enim sunt omnia ista nisi amaritudines. Quarto quia distribuendo multiplicantur. unde Bern. In hoc differunt bona temporalia et spiritualia. quia distributa bona temporalia minuunt. bona vero spiritualia communicata augmentant. quia communicando in caritate bona opera non minus habemus. sicut cum lumen accendimus de alio lumine. Et per talem communionem opera aliena nostra erunt. Exemplum de duobus quorum vnus largus super omnia bona sua que habebat communicabat: et dedit pro alijs hoibus



hominibus quotidie. Alius autem pro se ipso omnia tenuit sibi  
 solus, Post obitum vero primus ad purgatorium transiit.  
 Sed alter post obitum suum immediate celum intravit propter lar-  
 gitatem suam, Quinto quod spirituales diuitie animam ornant. Sed  
 temporales maculant et inquinant, Et videtur figuratum hoc esse quod  
 que videntur preciosiora esse inter temporalia ut est aurum et ar-  
 gentum manus tangentium inquinant. Ideo spiritus sanctus vocat  
 eas lutum. Unde ad hanc. De qui congregat non sua etc. Ideo  
 Apertius recte eas arbitratus est ut stercorea **Eccle.** Si diues fuc-  
 tis non eris immunis a culpa. sed diuitie spirituales ornant animam  
 quia sicut pulchri colores depingunt et ornant imagines sic spiritua-  
 les colores depingunt animam et ornant ut celesti sponso placeat  
**Sexto** quia nihil est preciosius diuitiis spiritualibus. ut dicit **Sap.**  
**S.** quia valent in vita et faciunt opera hominis meritoria in mor-  
 te. Unde Apertius. Beati mortui qui in domino moriuntur. Etiam faci-  
 unt mortem corporis preciosam. Item post mortem quod eternam glo-  
 riam consequuntur. sed diuitie temporales valent modicum nisi quod  
 os et ventrem implere possunt et tegere nuditatem corporis, Post  
 mortem nihil valent. quod nec corpus a vermibus nec hominem in  
 vita conservare possunt. **Quantum ad tertiam partem sciendum** quod  
 diuitie temporales non sunt proprie hominis. Et in signum huius vi-  
 demus quod homo mundus intrat nudus intrat. Nam videmus quod  
 terra est vestita et decorata graminiibus herbis et floribus virentes.  
 arbores corticibus et folijs et sidera luminibus aues plumis et pen-  
 nis. Sed solus homo nudus inter creaturas nascitur et postmodum  
 nudus in terram reuertitur et sepelitur. Unde si diuitie temporales  
 a natura hominis essent utique natura nos diuites generaret nec  
 apponeret cor suum diuitiis. Unde Apertius. qui volunt diuites fieri  
 non cadunt in laqueum dyaboli. Unde hic queritur quomodo quis pec-  
 cat per diuitias temporales. Respondetur primo. appetendo bona ali-  
 orum contra deum et iustitiam. Item appetere iustas res sed ad ma-  
 lum finem et ad peccandum. puta ad luxuriam et crapulam. Item  
 qui nimio appetitu et amore afficitur ad temporalia quibus non iu-  
 ste vellet eas habere: tunc ille appetitus et amor superat amorem  
 dei et appetitum proprie salutis. talis graviter peccat. Sed quando  
 quis appetit aliena cum voluntate adiacentata scilicet quod posset habere  
 sine offensa et iniuria proximi et tunc nullum est peccatum vel veniale  
**Secundo** peccat quis diuitias iniuste acquirendo scilicet in usura vel  
 ludo. vel per fraudem in emendo. vel per furtum vel rapinam quocumque



## Sermo

modo quis res temporales iniuste lucratur peccat mortaliter et tenetur ad restitutionem si vult saluari. Tercio peccat quis per diuitias temporales male expendendo scilicet quando videtur ad peccandum contra deum. tales possunt damnari etiam si nullas res iniustas possiderent neque haberent ut de diuine epulone de quo non inuenitur scriptum quod erat raptor fur vel usurarius. sed quia res suas male expendit scilicet in superbia vestium et gula et clapula. ideo datus natus est. Quarto peccat quis per diuitias eas auare retinendo. sic quod per superflua pauperibus non subuenit in necessariis suis. et talis reputatur raptor coram deo. unde Ambrosius. Non minus ris est criminis habenti tollere: quam cum possis indigentibus denegare. ergo tanto scias te inuadere bona quanta dare possis et non vis. ergo possidens temporalia debet pauperibus subuenire. Vltimo nota exemplum de illo qui in diuitiis suis quesuit consolationem in agone et non inuenit. et sic permisit eas distribuere propter deum. Hoc querere in proptuario titulo. 7.

## Dominica. xix. post penth. Ad Ephesios. 4. Cap.

**R**atres. renouamini spiritu mentis vestre: et induite nouum hominem qui secundum deum creatus est. in iustitia et sanctitate veritatis. propter quod deponentes omne mendacium loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo. quoniam inuicem sumus membra. Gratiamini et nolite. sol non occidat super iracundiam vestram. nolite locum dare dyabolo qui furabatur. iam non furatur. magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.

## Sermo super Epistola precedenti. xvi.

**R**enouamini spiritu mentis vestre Ephes. 4. Sic apostolus inducat nos ad renouationem spiritus que fieri debet in presenti vita et in futuro. renouabunt tunc corpora etiam. de quo dicit ad Thimo. 4. Saluatorem expectamus qui reformabit corpus humilitatis nostre conformaturus corpori claritatis sue. Sed illa renouatio corporis non fit nisi procedat in presenti renouatio mentis. Ad quam hortatur apostolus hic dicens. Renouamini spiritu mentis vestre. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda que tangunt hic in epistola. Primo de renouatione anime. Secundo de iracundia et vindicta. Tercio quomodo deus per peccatum mortale offenditur. Quantum ad primum queritur hic. Ad quid sit ammonitio de renouatione cum de senectute ad iuuentutem non sit regressio

Capitolo 4. ad Ephesios



**XXXXVI**

Respondet willhel. hugdu. qd pām vetustas dicit eo qd vetusta  
 ti in effectu multipliciter assimilatur. Primo senectus corporis  
 facit mortem ppe esse Vnde ap[osto]lus, Omne quod senescit ppe in-  
 terituz est. sed pām mortale facit hominez proximū eterne mor-  
 ti. Secundo senectus visum obscurat. sic peccatores non pnt vi-  
 dere infernum nec supra se celū: nec retro se ppa peccata. nec añ  
 se mortem p[ro]p[ri]am **Sap.** Ercecauit em̄ eos malicia eoz. **Ter-**  
**cio** excussio dentū sic qd non possunt solidam escam comedere h  
 pulmentum ⁊ sorbitium. sic pām facit qd solida et eterna nō sa-  
 piunt sed fluxibilia id est transitoria huius mōdi ⁊ delectatiōes  
 corporis sibi sapiunt. **Ap[osto]lus.** Animalis homo non percipit ea  
 que dei sunt. **Quarto** canices causat ex defectu caloris natural'.  
 Sic pām aufert calorem dilectionis dei ⁊ proxi. **Quinto** incur-  
 uatio humeroꝝ. sic pām excusso amore dei incuruat hominem  
 ad amores terrenoꝝ **psal.** Oculos suos statuerunt declinare in  
 terram. **Sexto** tremor membroꝝ ex defectu virtutis male consu-  
 pte **psal.** Ne proyāas me in tempe senectutis. sic pām impellit  
 hominez vt ad paruū pulsum ruat in peccatuz. **Septimo** multi-  
 tudo rugarum cutis et in rugis operit cutez: sic si peccatoꝝ si vis  
 esse ⁊ iactas te ⁊ vis laudari: sic vnum pām addis super aliud  
 Ab illa antiquitate hortatur nos **Ap[osto]lus** dicens. Renouamini  
 spū mentis vestre. **Vbi** sciendum fm willhel. hugdu. qd sex spe-  
 cies renouationis in creaturis inueniunt que ostendunt hoīem  
 posse habere diuersos modos sue creationis. **Prima** sit p ignem  
 sicut fer rum renouat a rubigine ⁊ etiam aurū et argentuz pur-  
 gantur. Sic videtur dñs ihesus renouare hominez cū ponit eū  
 in igne tribulationis: dando ei infirmitates. Vnde **Augu.** Qd  
 lima ferro at. **Secda** species est in serpente qui cū senuerit per du-  
 ritiaz pellis nō pōt se bene vertere: abstinet se quadraginta die-  
 bus. deinde ingredit arum foramen vbi pellem relinquit et sic  
 renouatur. **In** quo designat renouatio que fit per penitentiam  
 et abstinentiaz **Mat.** Arta est via que ducit ad vitam. **Tercia**  
 species renouationis est aquila que dum senio grauāt tunc ro-  
 strum crescit sibi nimis curuū qd non potest aperire nec cibum ca-  
 pere. Vnde ipse industria naturali allidit rostrum suū ad petraz  
 tam diu qd curuitas rostri totaliter diminuitur. vt sic postea ci-  
 bum capere possit. et tunc eleuat se in altū ad reflexionem solis  
 ibi ex p[er]cussioe alaz p radios solares aburunt pēne et statim ca-  
 dit ⁊ imergit i scaturietē fontē vbi totalr renouat ⁊ fit iuueis

*psalmo decimo septo.*

*Ad Ethesios 4*



## Sermo

In quo designatur renouatio que fit per considerationem domi-  
nicę passionis, Xpus in cruce petra dicit et hoc ppter perfectam  
pniam Cant. 8. Veni columba mea in foraminibus petre. Quar-  
ta species renouationis est in ceruo. de quo dicit glosa sup psal.  
Quęadmoduz desiderat ceruus ad fontes aquarum. Cum aut  
ceruus grauatus est semio crescentibus pilis et cornibus antz ser-  
pentis querit cui naturaliter imimitatur. serpens aut later et ab-  
scondit se in cauernis terre ppter ceruū quem fugit tanq̄ valis-  
dum inimicuz. Ceruus igit antro inuento vadit ad aquam et  
inde potat q̄ repletur. tunc rediens emittit aquam bibitam in  
antrum serpentis. Serpens aut dum intendit exire tunc ceruus  
p nares eum inglutit et in eū intrat venenū serpentis. cuius ve-  
neno percepto ardentissime fontem ad bibendum desiderat. Et  
ueniens ad fontem aquarum iterum se replet aqua et sic pilos et  
cornua antiqua amittit et renouat. In quo denotatur nobis re-  
nouatio que fit per lacrimarum effusionem ex contrito corde per  
quaz anima peccatrix incipit renouari. Bern. Homo vna la-  
crima de puro et contrito corde prolata plus purgat q̄ ignis pur-  
gatorij infra spaciuz quinq̄ annoz. Exempluz de petro qui xpm  
ter negauit. Quinta species est in accipitre que fit singulis annis  
in quo denotatur renouatio que fit per spmsanduz. Sexta spe-  
cies renouationis est que fit in fenice que fit post quingentos an-  
nos qñ senit congregat ligna aromatica in nidum suuz et alis  
suis ignem excutit et seipsum comburit. et ex cineribus suis auis  
sue speciei procreatur. In quo denotatur renouatio que erit in  
glorificatione corporuz. qñ implebitur illud Apoca. 21. Ecce  
nova facio omnia. Vnde ansel. In illa vita pulcritudo iustioruz  
solis pulcritudini centupliciter q̄ modo sit adequabit. Quan-  
tum ad sedam partem dicit hic Aplos. Irascimini et nolite pec-  
care. Dic est notandum q̄ appetitus ire datus est homini vt iras-  
ceatur vicijs. malis suggestionibus et ex indignatione nō patiat  
se trahi in sensum peccati et reprimat malos motus in se et in  
alijs q̄ntum pōt et vltascatur dei iniurias et transgressiones in-  
iusticie. Sic legimus xpm iratum fuisse sez phariseis et alijs iudeis  
non recte agentibus: et etiam alij sancti viri. Iohes dicit q̄ dñs  
noster quinq̄ remedia habuit contra inuidiam iudeoz. Primū est  
patientiam veram seruando. Ira namq̄ quatuor gradus habz  
ex euangelio Mat. 5. Primus est qñ est in animo: ibi. Omnis  
qui irascit fratri. Secundus qñ manifestatur in exteriori signo: ibi  
Qui dixerit fratri suo racha. Tertius qñ manifestat in contumelioso

Ad Ethe: 4



verbo ibi. Qui dixerit fratri suo fatue. Quartus qñ exerceatur  
 in contumelioso facto. ibi qz dicitur est. Non occides. Nullo autē  
 istoꝝ modoꝝ commotus fuit xp̄us: quia dicit ysa. Non erit tri-  
 stis neq; turbulentus. **S**cdm remediū fuit omnino tacere. sicut  
 patet in consilio iudeoꝝ: vbi audiuit tra se falsa testimonia. et  
 etiā coram pilato ⁊ h̄rode tempe passionis sue qñ tacebat sic  
 quis coram tendente se ⁊ alias fuissent magis conatati. sic igni  
 subtrahunt ligna. **E**cclē. 8. Non litiges cū homine litigioso: ne  
 struas in eius ignem ligna. Sicut dicit in **Cr̄is̄.** Qñ duꝝ ad du-  
 rum proficitur maiō sit resistentia q̄ si durum ad leuia allidit.  
**T**erūm remediū ⁊ tra iram iudeoꝝ fuerunt verba pacifica et  
 mansueta. Patet **Joh̄. 8.** Quando ad maximas iniurias xp̄o il-  
 latas. scz nominantes eum demoniacum ⁊ samaritanū mansuete  
 respondit. Ego demoniū non habeo: sed honorifico p̄em meū  
 et vos inhonorastis me. **Q**uartū remediū fuit ab eis recedendo  
 Sicut patet **Luce. 4.** qñ iudei in ciuitate nazareth duxerūt ihm  
 in superalium montis vt precipitarent eū. Ipse autem transiēs  
 per medium illoꝝ ibat. **I**tem **Joh̄.** Quando tulerunt lapides.  
 vt iacerent in eum. **I**hsus autē abscondit se et exiuit de templo  
**Q**uintū remediū fuit beneficioꝝ largitio non obstante eoz  
 duricia: salubria cōtinuauit veritatis ⁊ doct̄ine documenta. **Joh̄.**  
**8.** Si quis sermonem meū seruauerit mortem non gustabit in e-  
 ternū. **E**t in h̄is debemus xp̄m sequi cuius actio nostra ē instrū-  
 ctio. **S**equit̄ hic **Sol non occidat super iracundiam v̄ram.** **Cō**  
 tra hoc faciunt indurati homines qui nunq; vel raro dimitunt  
 iniurias proximis. ⁊ isti sunt valde mali. **E**t hoc p̄pter tria. **P**ri-  
 mo quia non sunt boni xp̄iani qui inunguntur in baptismo ad  
 habendum cor molle. **E**t sicut se h̄nt ad proximos: sic se deus  
 habet ad eos. **Mat̄. 6.** Si non dimiseritis etc. **S**cdō sunt sicut ho-  
 lofernes gentilis. de quo dicit **Judith.** qz ferocitateꝝ animi eius  
 nemo mitigare poterat. **T**ercio quia pessimi sunt sicut dyaboli  
 de quo dicit **Greḡ.** qz nullo placatur obsequio. **U**nde hic ques-  
 ritur vt ⁊ lesus teneatur dimittere offendenti impenitenti nec sa-  
 tisfacienti. **R**espondeo qz sic quantū ad remissioneꝝ intrinsecā  
 cordis quo ad creatorem vel iram illius qui impenitens est. **S**z  
 ratione istius ne peccet impenitenti non tenet dimissioneꝝ exteri-  
 oꝝ. **S**ed quilibet potest satisfactionē ⁊ iusticiam requirere ab of-  
 fendente. **Q**uantū ad terciā partem istius sermonis dicit hic  
**Apl̄us.** Nolite locum dare dyabolo. **L**ocus dyabolo dat q̄ deū

*Paulus ad Ephesios. 4.*

*As Ep̄o Sicut facit*





## Sermo

per peccatum mortale expellit et dyabolum introducit. quod non  
fit sine magna contumelia, **Unde Bern.** Timeo enim quod tanto gra-  
uior est ira quanto et nobilior est illius qui offenditur excellen-  
tia. et quod tanto peior est iniuria quanto maior fuerit cui iniuria irro-  
gatur, **Obi notandum** quod nihil sic in vniuersitate creaturarum of-  
fendit deum sicut peccatum mortale, hoc solum est quod deum offendit.  
**Omnia enim in mundo sunt opera et creature dei:** sed solum peccatum  
est opus dyaboli. **Unde etiam dominus** offensus fuit per peccatum super-  
bie. quia lucifer cum ceteris angelis abiectus est. et tanta est multi-  
tudo angelorum que cadit sicut athami in sole. **Et propter pecca-**  
**ta inobedientie** primos parentes et omne genus hominum diuer-  
sis miseriis et defectibus et passionibus afflixit. Nam ipsum peccatum  
est causa omnis miserie quam in mundo sustinemus. scilicet famem si-  
tim frigus et infirmitates. **Et insuper omnibus hominibus a mini-**  
**mo usque ad maximum graue onus imposuit propter peccatum** primo-  
parentum. **Unde Aug.** Deus homines fecit qui quod diu non pec-  
carent immortalitate vigeret. **Item deus** intus est offensus propter  
peccata hominum quod totum mundum per diluuium deleuit: exceptis  
octo hominibus qui manserunt in archa noe. **Item intantum odit**  
**deus peccatum** et intus offenditur per peccatum mortale quod non est  
aliquis sanctus in celo quantumcumque sibi carnis si possibile esset quod  
peccaret mortaliter: quin amicitia inter eos solueret. et deus egi-  
ceret eum de regno suo et in infernum precipitaret. **Item adhuc**  
**hodierna die deus omnipotens** cuius magnitudinis non est finis  
intus propter peccata offenditur quod propter minimum peccatum  
mortale damnet hominem: et etiam quantumcumque carum. nisi hic  
penitentiam agat. **Si ergo dicitis:** quid restat peccatori ergo ag-  
endum qui deum multipliciter offendit. **Respondeo,** Nihil re-  
stat nisi ut penitentiam agat et se veraciter coram deo humiliet et cum  
humilibus lacrimis veniam petat. tunc deus placatur et dimittit  
sibi peccata et offensas. **Sicut fecit peccatrix magdalena** que hu-  
militer ante pedes ihesu cecidit et amarissime cepit rigare pedes eius  
**Unde Luc. 7.** dicit quod christus dixit ad eam. dimitte tibi pecca-  
ta. vade in pacem. **Sic recipit quemlibet peccatorem** quando per veram  
penitentiam ad ipsum reuertitur. imo etiam reuocat peccatorem ad se  
**Dicit. 3.** Reuertere ad me et ego suscipiam te. **Ultimo nota ex-**  
**emplum** quo christus apostatam per ostensionem vulnerum re-  
uocauit ad veram penitentiam. hoc quere in promptuario. p. 37.

**Sermo** **Domnica. xx. post penthec. ad Ephesios**



xlvi

**R**atres. videte quō caute ambuletis non quasi in  
 sapientes sed sicut sapientes redimētes tempus  
 quā dies mali sunt. propterea nolite fieri imprudē  
 tes sed intelligentes que sit voluntas dei. et nolite inebria  
 ri vino in quo est luxuria. sed implemini spūs sancto lo  
 quētes vobismetipsis in psalmis et ymnis et canticis spi  
 ritualibz cantantes et psallentes in cordibus vestris dño  
 gradas agentes semp pro omnibz in nomine dñi nostri  
 ihesu xp̄i deo et patri subiecti inuicem in timore cristi

Sermo super epistola precedenti. xlvi

**S**ubiecti estote inuicē in timore xp̄i Ephesios. 5. In istis  
 verbis hortat nos Ap̄lus ad obedientiaz que est mater  
 et origo omnis boni et seruatrix oim virtutum. Greg  
 Obedientia sola virtus est q̄ virtutes ceteras menti inserit inser  
 taqz custodit. ergo dicit hic. Subiecti estote inuicem etc. Vñ in  
 presenti sermone tria sunt dicenda. **Primo** de virtute obediētie  
 et de vicio inobediētie. **Secundo** de timore honorūz hoim. **Tercio**  
 de semibz tū vno exemplo. **Quantū** ad primū sciendū qd obe  
 dientia est clavis paradisi et via celi. quia ppter inobediētiā  
 de terrestri paradiso eieci sumus. Itēz p obediētiā intrabim⁹  
 celestem paradysum. In signū huius habet **Matth. 2.** qd tres re  
 ges p aliam viā reuersi sunt in regione suā **Bern.** Nihil an  
 gelis carius: nihil deo preciosius et nihil homini fructuosius q̄  
 obediētiāz omnibz modis seruare. **Vnde** dñs in decretis. Qui  
 contemnit vicariū: contemnit ipm qui posuit illum **Oris.** Ma  
 gnū inobediētie viciū est quo angelus celum. adam paradysū  
 saul amorem diuinū. salomon pdidit amorem diuinum. **Vñ** h  
 queritur vt inobediētia sit p̄t̄m mortale. **Rūdet Tho. 2. 2. 2.**  
**q. 85. q. sic.** Nam inobediētia cōtranatur caritati dei q̄ exigit  
 vt eius p̄ceptis obediāt. **Ro. 14.** Qui potestati resistit: dei or  
 dinationi resistit. **Contranat** dilectioni proximi inq̄ntūz supio  
 ri proximo subtrahit obediētiā quā debet ei. **Ibi** notandūz  
 qd deus ab initio grauissime inobediētiā pūniuit. **P̄a** de trans  
 gressione vnius p̄cepti dei edendo fructū vetitum primi parē  
 tes et tota posteritas damnata est. **Genes. 2.** **Item** scdm p̄cep  
 tum transgrediens p blasphemā deo factam iubet extra castra  
 ab omnibus lapidari. **Leuit. 24.** **Item** tertiū p̄ceptūz transgre  
 diens qui modica ligna sabbato colligens: similiter lapidatur  
 ex iussu dei. **Rūi. 25.** **Vnde** debemus obediētiā seruare **Bern.**  
 Quicquid viē dei p̄cipit homo qd est certum non displicere

p. z.

**PATER** Gasparus  
 Vnger Monasterij  
 Auguste Maioris pro  
 fessus. Anno ab orbe  
 redempto. Millesimo  
 Quingentesimo Octua  
 gesimo quinto.

Gregorius

Bernardus

Adam primus homo



## Sermo

deo omnino est accipiendū ac si deus preciperet. **I**dez. Obedien-  
tia que maioribus exhibet deo prebet. Exempluz de obedientia  
q̄ frater obediens suscitauit mortuū quem frater suus carnalis  
multum religiosus suscitare non poterat. Hoc quere in promp.  
o. 21. **Q**uantum ad sedam ptem dicit hic **A**plūs In timore  
xp̄i. Ibi notanduz q̄ quilibet xp̄ianus q̄ntumcūq̄ bonus semp  
debet stare in timore dei. **E**t hoc q̄nq̄ modis siue rationibz. **P**ri-  
mo qz vtz de peccatis satisfecit: ignorat certus est em̄ de culpa  
sed incertus d̄ venia **E**ccl̄ia. 5. **D**e p̄cipio peccato noli esse sine  
metu neq̄ adhiās p̄m̄ super p̄m̄ et dicas. **M**iseratio dei ma-  
gna est multitudinis peccatoz meoz miserebitur. **S**ecdo vtz  
bonitas sua placeat deo ignorat. **V**nde aplūs. **N**on em̄ qui se  
ipsum cōmendat ille probatus est. et salomon. **E**st via q̄ videt  
homini redā **A**poca. 3. **D**icis q̄ diues suz et locuples. nescis em̄  
an vnū pater noster dixisti quod deus accepit vel vnū diez  
deo vixisti. **T**ercio qz cadere potuit: lucifer cecidit de celo. adāz  
de paradiso. iudas inter apostolos xp̄i. quō nos securi sumus  
esse in hoc mundo qui est plenus laqueis. **B**erū. **N**uncq̄ est secu-  
ritas in hac vita fratres. nec in celo fuit nec in paradiso. **I**n ce-  
lo cecidit angelus sub presentia diuinitatis. in paradiso adam:  
in mundo iudas de scola saluatoris **V**nde **A**uḡ. **Q**uō securus q̄s  
potest esse in hac vita que tota temptatio noiatur. vt qui fieri  
potuit ex deteriori melior non fieret ex meliori deterior **A**plūs  
Qui se existimat stare videat ne cadat. **Q**uarto qz nescit quō  
deus vult iudicare peccata sua et vtz p̄missione diuina veni-  
ent sibi infirmitates. quia pōt fieri. cecus mutus claudus et lep-  
sus. **E**t q̄nq̄ in anima scz gratiam subtrahendo q̄ fiat aridus et  
nullam dulcedinem sentiat amplius in corde et in aia sua. **Q**uin-  
to quia nescit quo fine ab hac vita decedat vtz ad mortem vel  
ad vitam eternā **E**ccl̄ia. 19. **N**escit homo an odio vel amore di-  
gnus sit etiam si iam est in gr̄a: tñ in agone et in exitu pōt ca-  
dere et peccare nisi dñs eum custodiat. **I**deo timendū est cuiuslibet  
in quocūq̄ statu sit qz s̄m̄ wilhel. de quolibet statu aliq̄ dama-  
naptur scz in m̄imōio. **I**tem virgines. vidue. nobiles. rustici  
et. **V**nde **P**sa. 14. **C**onsolatio abscondita est ab oculis meis. et  
loquit de inferno **L**uce. 17. **D**uo erunt in lecto. vnus assumet et  
alter relinquet. **V**nde legitur in vitaspatz qz abbas helias ait  
**E**go tres res timeo. **P**rimā qñ egressura est aia meo de corpore.  
**Q**uam qñ occursum sum deo. **T**erciā qñ aduersum me est pro-  
ferenda sententia. vnde **P**sal. **S**eruite dño in timore **P**saie. **V**bi

Ecclesiast. capi. 5.

Paulo ad Corinthios in bri-  
ma Episto. capi. 10.

Capite XIII. Deas.



timor non est: ibi salus et spes non erit. Quantum ad terciāz partem sciendum qd senes debent multuz timere. quia dicit Seneca. Senes hnt mortem ante oculos: iuuenes vero in posteruz. Vnde loquendo de senibz dicenduz est hic de quinqz condicōibus senum. ⁊ quō in hīs debent se habere ne deum offendant. Prima conditio ⁊ defectus est qd senes de facili prouocant ⁊ difficile reuocantur: nam nataliter sunt passionati ⁊ pleni doloribus ⁊ infirmitatibz. Vñ oculi caligant. aures grauitur audiunt. capilli flauunt. facies in palorem mutat. dentes minuunt. pedes putrescunt. homo qui senescit hīs omnibz grauatur ⁊ hec omnia ruituram corpis domuz pronunciant. Itē insuper tristes sunt ⁊ querulosi. nam cōmuniter conquetunt de senio suo ⁊ defectibz suis. Tullius. Tanta in hominibz stulticia inconstancia ⁊ puerilitas est: qd omnes etatem concupiscunt ⁊ optant: ⁊ eandē ad eptam accusant. Omnes em cupimus esse antiqui et postmodū graues ⁊ infirmi Aug. Cum hoies optant senectutem qd amplius optant nisi infirmitatem longam. Sed dicit quō debet se habere in illo defectu. Rñdeo qd senes dnt esse mites exemplo cristi ⁊ tunc erunt beati. sed p oppositum per impatientiaz pnt perdere animas suas. Vñ Arist. in topicis dicit. Sicut ppositū in proposito ꝛ. Ergo senes debent debilitates suas et infirmitates suas deo offerre pro purgatorio suo. nam pns infirmitas ⁊ pena purgatorij est sicut denarius et mille milia florenorum. Nam tanta ē pena purgatorij qd si omnia ligna ⁊ omnia visibilia in mdo existētia arderent ⁊ si quis in medio istij ignis staret non tantaz penam haberet sic anima in purgatorio. Et in illo igne annosi grauitur pument pro p̄tis a iuuentute cōmissis nisi hic puniant per infirmitates et tribulationes. Secda additio senum est qd cōmuniter sunt multoz verborum ⁊ de antiquis factis loquunt. Innoc. Senex velox est ad loquenduz tradus ad audiendum. laudat antiquos ⁊ spernit modernos. vitupat p̄sentia et laudat p̄terita. anxiatur torpet ⁊ infirmat. Audi qd multa senem circūueniant inmoda. ⁊ qd multum reprehensibile est: facta defunctorum innouant ⁊ infamant coram iuuenibz. qd nihil sciunt de excessibz antiquoz. et in hoc grauitur peccant: diffamando defunctos qui non pnt se iam excusare. Et insuper a deo iudicati sunt et puniti pro suis excessibz. ⁊ qd p̄mis ē iactāt se de malicia sua ⁊ de peccatis suis que in iuuentute sua fecerunt ⁊ adhuc delectant. Vnde Greg. Tot mortibz quis dignus sit. quot prauitatis exempla posteris relinquit. Sz dicit quō se hnt



## Sermo

debent in illo defectu ne deum offendant. Rñdeo q̄ debet ha-  
bere honesta breuia ⁊ utilia verba. **Aug.** Et senio sermo non  
soluz sit grauis sed etiā breuis. **Aplius.** Omnis sermo malus ex  
ore vestro non procedat. Et ratio est. quia iuuenes diu retinent  
verba senioꝝ. sicut quicq̄ dicunt. **Ista** verba audiui añ plures an-  
nos ab auo vel p̄e meo: ⁊ sic relinquere bonū exemplum iue-  
nibꝝ erit eis meritoriu. **Vnde cesarius.** Quantuz exempluz vere  
hūitatꝝ ⁊ p̄fede caritatis ostenderit cū tantis eterna p̄mia possi-  
debis. **Tercia** conditio senū est: q̄ sunt cupidi auari ⁊ tenaces.  
**Vnde Innoc.** Senex est tenax cupidus tristis ⁊ querulosus. Nā  
senes experti sunt q̄ res tempales faciliꝝ p̄nt consumi ⁊ diffi-  
cilter lucrari et iam deficiunt in corpore ⁊ amplius non p̄nt la-  
borare ⁊ cōmuniter sibi deficere timent ⁊ sic cōmuniter para es-  
ficiunt. **Aug.** Cuz tūcā vicia in sene senescunt sola auaricia in-  
uenescit. **Genes.** Monstro similis est auaricia senilis. Quid em̄  
stultus est q̄ in via requirere vltra viaticū. aliqui sunt acsi ad-  
hunc deberent viuere quadraginta annis ⁊ satis hñt nec volūt  
alijs impartire nec audent per se vti. ⁊ sc̄tallis in breui tempe-  
moriunt. ⁊ relinquunt alienis diuitias suas vel etiam heredibus  
suis qui male cōsumunt ⁊ eis in modico subuenient. Sed dicitis  
quō debent se habere in illo defectu. Rñdeo q̄ dñt deo seruire.  
qui eos p̄auit a iuuentute sua q̄ etiā in senio pascet eos vsq̄ in  
finem vite sue. **Quarta** conditio seu viciū senū est q̄ sunt mul-  
tum suspiciosi ⁊ increduli et sic non faciliꝝ credunt alijs. Rñ-  
est q̄ in multis decepti sūt ⁊ experti fraudes ⁊ malicias maloz  
hominuz. Sed dicitis quō debent se habere in illo defectu ne deuz  
offendant. Rñdeo q̄ dñt sepe illud dictū in se reuoluere quod  
habet. **Luc. 6.** Nolite iudicare h̄ oia in melioꝝe p̄te interpretari  
et ñ faciliꝝ credere mala q̄ audiunt de proximis. Vñ dicit in de-  
cretis. Qui falsū de alio profert ⁊ crimina alioꝝ cito credit vter  
q̄ reus est. **Quinta** conditio senū est q̄ qui a p̄uentia male vix  
erit vix in senio veraciter ⁊ realiter conuertit. **Prover. 12.** Ad-  
lescens iuxta viam suam ⁊. **Aristo. 7. ethi.** Difficile est resistere  
consuetudini que assimilāt nature. non tñ est impossibile quia  
deus de lapidibus potest facere filios abrahe. Sed dicitis quō de-  
bent se habere in illo defectu. Rñdeo vt ipsi senes se a peccato re-  
trahant debent sibi p̄ponere mortem suaz. **Eccle. 7.** Memozare  
nouissima tua. **Greg.** Nihil sic reuocat a peccatis sicut frequens  
cogitatio mortis. **Dugo de claustro anime.** Tres sunt mortis nū-  
cū. sc̄z canities infirmitas ⁊ senectus. Insuper dñt humiliter et  
cū contrito corde dicere cū dauid. **Ne** proicias me in tempe sene

Apostolo: Paulus ad Ephesios  
capitulum 4.

Lucas cap. 6. Math. cap. 7.



atutis etc. Et recuperare tempus preteritum cum omnibus operibus  
 Sed diceret quis. Amplius non possū ieiunare peregrinari ma-  
 ne surgere. Rūdeo si patiens es et habes voluntatem deus reci-  
 piet voluntatem tuā pro facto. Unde Aug. Coronat deus intus  
 voluntatem ubi non inuenit facultatem. Et senes dñt conari ad  
 hoc ut habeant puritatem et mundiciā cordis et etiam corporis.  
 Unde in decretis dicit. Quanto senes sunt morti viciniores tan-  
 to dñt esse puriores. Exempluz qd deus annosos peccatores nō  
 spernit d illo qui seruauit tres annos deo et sic saluatus est. hoc  
 quere in promptuario de tempe sermone. 122.

**Dominica. xxi. post penthec. ad Ephesios** *Cap: 6*

**R**atres Confortamini in dño et induite vos arma  
 turaz dei ut possitis stare aduersus insidias dya-  
 boli. quia non est vobis colluctatio aduersus car-  
 nem et sanguinez sed aduersus principes et ptates. aduer-  
 sus mundi rectores tenebrar haz contra spūalia neqde  
 in celestibz. propterea accipite armaturā dei ut possitis re-  
 sistere in die malo et in omnibz pfecte stare. state ergo suc-  
 tinti lūtos vestros in veritate. et indui lorici iusticie. cal-  
 ate pedes vestros in pparatōez euangelii pacis: in omnibz  
 sumentes scutū fidei in quo possitis omnia tela nequissimi  
 ignea extinguere et galeā salutis assumite et gladiuz spūs  
 quod est verbum dei.

**Sermo quadragesimus octa. super epla p**

**I**nduite vos armaturam dei ut possitis etc. *Eph. 6.* In  
 mundo isto quasi in stadio certaminis positi sumus ubi  
 vndiqz ab hostibz continue impugnamur. Ideo apłus  
 in presenti epla ammonet nos ad virtutes que sunt arma mili-  
 tum xpi cum dicit **I**nduite vos etc. Unde in pñti sermone tria sūt  
 dicenda. Primo de armis spūalibz. Secdo quare soliciēte cauendū  
 sit ab hostibz spūalibz et demonibz. Tercio de casu demonū cum  
 aliquibz questionibz et vno exemplo. Quantuz ad primā par-  
 tem sciendū qd quatuor virtutes cardinales sunt arma nostra et  
 muniunt nos, quia sicut in Armis milicie nre non sunt carna-  
 lia sed spūalia. Ab anteriori prudentia cuius est futura mala p-  
 cauere. a posteriori: iusticia cuius est de preteritis malis satisfacere.  
 Sed a dextris temphantia ne eleuemur in pspenis. A sinistris for-  
 titudo ne deprimamur ab aduersis. Item notanduz qd quilibet  
 homo in suis temptationibz debet dei adiutoriu inuocare. Sicut  
 enim qui tenet castrum regis cum obsidetur ab inimicis reputa-  
 tur fidelis si renunciat domino castrū obsessum: et ab eo peteret



## Sermo

auxilium. Sic cum hostes invisibiles obsident animam tuam per temptationem: statim debes regi tuo orans obsidionez nūciare. ipse vero non differet auxiliū qui potens est & voluntari⁹. Unde ap[osto]lus, Fidelis deus qui non patitur nos temptari super id quod possumus Aug. Dyabolus vult plerunq[ue] nocere & nō pōt. q[ui] potestas eius est sub ptāte dei. Quantuz ad scdaz partem dicit hic ap[osto]lus. vt possitis stare aduersus insidias dyaboli. Ideo notandū est q[uo]d solite cauenduz est ab hostib[us] nostris. Pri[mo] quia multi sunt cū dicit. Multiplicati sunt. Unde Bonauētura. Sicut athani in sole sunt sic demones in aere. Scdo quia pleni sunt veneno inuidie. Cuius cā e: quia cognoscunt q[uo]d nos viles vermiculi ex vili terra creati ad deo sumus ad hoc vt suppleamus loca ipsoz a quib[us] ipsi ceciderūt. & possideam[us] gloriaz quam ipsi miseri pdiderunt. Propterea nobis vehementer inuidēt & laqueos parant p[er] quos temptant a predicta gloria nos retrahere. Tercio q[ui] invisibiles sunt cū natura corp[or]alib[us] sensib[us] videri non possit nisi sub auctore deo p[er]missiue et dispensatiue p[er] assumpta corpa permittantur. Quarto quia astuti sunt quos facit natura subtiles et etiam exercitatio milicie sue. Vñ y[sodo]r⁹ de sūmo bono, Demones tripli[ci] acumine scientie vigent. s. subtilitatis nature & experientia t[em]p[or]is & reuelatione superior[um] potestatum, ergo dyabolus noiatur mille artifex. vnde diligenter aduertendum est q[uo]d dyabolus pugnat contra hoīem magis astucijs & insidijs q[uam] viribus. nam quos dyabolus non pōt superare per manifesta peccata mortalia: q[ui]q[ue] superat per astutias. Pro quo sciendum q[uo]d dyabolus decipit hoīes tripli[ci]ter, primo suadendo bonū in malum finem vt cū homini instabili suadet ingressum religionis p[ro]pter hoc q[uo]d postea apostatet. vel aliquibus virginitate vt votuz castitatis emittant & postmodū si teneant contrahendo matrimoniū. Vnde dicit in decretis. Puellam nubere post votum castitatis est damnabile. Item aliquib[us] p[er]sonis deuotis suggerit arduorem vitam scz ieiunando vigilando corpus castigando. niniū orando: alitiū induendo vt eas ad niniam debilitatem inducat. & q[ui]q[ue] etiam ad insaniam vt sic mutiles fiant lib[er]is deo & proximis & post querunt recreationes & erunt q[ui]q[ue] dissolutiores ceteris. Scdo temptat suadendo homini malū sub specie boni. vt hō querat ditari vt sic posset paup[er]ib[us] dare elemosinas. sciens illud dictum apli. Qui volunt diuites fieri incidunt in temptacōez & in laqueū dyaboli. Itē ptātem & platurā petere & sic a mal[is] retrahere & ad bona opa compellere.

*Apostola Paulus ad Ephesios  
Sicut Capite. 6.*



Quia sic illud dictū salomonis complet Sap. 6. Iudiciū durissimū fiet hīs qui presunt. Exiguo em̄ concedit misericōdia: potentes autē potentē torāta patientē et quāq; suggerit molliē carnīs sub specie sustentandē nature. qz scit crapulam plura peccata sequi. Micro. dicit Inter crapulas vix seruatur pudicitia. Tercō dyabolus temptat dissuadendo vtile tamq; nociuū vt cū dissuadet bono viro ingressum religionis ne postmodū peniteat egrediens et confundat corāz hominibz. vel quāq; dissuadet aliquibz orationem vel elemosinā ne propterea incurrant vanā gloriāz vel laudem hūānam. Quantū ad terciā partē dicit hic apostolus. qm̄ non est nobis colluctatio aduersus carnē et sanguinem. Unde hic querit quare lucifer cecidit. Rndet Eluadarius. Cum lucifer videret se oēs angeloz ordines gloria et deo excellere: spreto omnibz deo voluit equalis existere et alicuius statum q̄ ei dñs dederat iniuste arripere et alijs p tyrannidē imperare. Ergo de celo propulsus in carcerem ē retrusus. et sic qui prius pulcherrimus et postea nigerimus. qui prius splendidissimus: postea tenebrosissimus. qui prius honore laudabilis. post modum horrore execrabilis fuit. Secūdo queritur q̄dū mansit in celo. Respondet Eluadarius: non plenā horam qz mox vt creatus est cecidit. Tercio queritur quō alij angeli ceciderunt, respondet idē qz lucifero ceciderunt, placuit em̄ eis ad hūmilitatem luciferi cogitantes si ipse deo preualuisset. ipsi alijs in potentia preuissent. et ideo cū eo abiecti sunt de celo in abyssum inferni vbi nulla est redemptio. Quarto querit an demones pnt homines grauitē ledere. Rndeo fm̄ sanctū Tho. qz sic. Possunt em̄ deo permittente multipliciter ledere. Primo in rebo vt dicit in Job Cui dyabolus domū et pecora abstulit et etiaz pueros. Secūdo in fama vtz in legenda Micro. vt refert Johānes nyder. qz dyabolus transformauit se in forma sancti epi siluani. Cui demō primo femināz nobilem nocte in lectū portauit, et primo ad luxuriam verbis deinde factis sollicitauit ad maluz. que dum clamaret demon in specie epi sancti siluani sub lecto femine se abscondit. vbi inquisitus et inuentus p verba luxurie mentitus est se ipm̄ esse episcopū siluanuz. In crastino dispergente dyabolo vtr sanctus diffamatus est grauissima pena. que infamia tandē circa sepulchz beati Micro. in bethleem fatente dyabolo in obsesso corpore cessauit. Etiam patet in Job qui percussus est vlcere pessimo ab ipso dyabolo. Quarto in vsu rōmis vtz in obfessis



## Sermo

Quinto in vita. ut patz Thob. 6. de septem viris sare qui ppter  
luxuriosum appetituz in virginem saram: non erant digni ma-  
trimonio a dño occisi sunt, Quinto querit: quis facit illos stre-  
pitus qui qñq; audiuntur in domibz vbi proijciunt lapides et  
inquietant homines in pulsu. Rñdeo fm willxl. et Cassianum  
q; ista vt frequenter fiunt opere demonũ qui plus nocere homi-  
nibus potunt non pnt nisi in talibz ligati diuina virtute. Ali-  
qñ etiam fiunt studio malignoz hominuz qui domos volunt e-  
uacuari homibz vel lucrari bona temporalia sub titulo falso et ap-  
paritione animaz, ifieri etiam possunt ex curiositate hominum  
volentiũ scire huiusmõ, anime em damnate non pnt talia fac-  
re: qz non est eis admissuz. anime em que sunt in purgatorio  
sunt in caritate. ergo eis talia transitoria non veniunt. Si aut  
facerent anime de purgatorio tales anime vtilia et salubria face-  
rent et ostenderent vt sic a viuis suffragia peterent. beatus Greg  
ponit in .4. libro dyalogoz exemplum de animabz. Non e du-  
bium quin demones vt frequenter tales inquietudines faciunt  
Vñ legit in cronica beati Hiero. q; quodaz tpe in ciuitate Ma-  
guntinensi maligni spūs ad hostia domoz quasi malleis pulsas-  
do: et qñq; lapidibz homines excitando: domos plurimas exci-  
derunt. Sexto querit vtz opere demonũ transmutationes ho-  
minũ fieri pnt in bestias lupos et huiusmõ. Rñdeo q; nõ. Vñ  
dicit in decretis. Quisquis credit posse aliquã creaturam trans-  
formari in aliam spẽm vel in aliam similitudinez nisi ab ipso crea-  
tore qui oia fecit: vel p quem omnia facta sunt: proculdubio in-  
fidelis est et pagano interior. Vñ dicit Tho. q; sunt transmuta-  
tiones alique que naturaliter fieri pnt sicut serpentes et tane et ver-  
mes p putrefactionez generant, ista fiunt naturaliter. Ille autem  
transmutationes corporaliũ rez que non pnt fieri naturaliter  
sed opatione demonũ fm rei veritatez perfici non pnt. sic q; cor-  
pus huanitũ vertat in bestiale: aut q; corpus hois reuiuiscat. q;  
aut hoc qñq; fieri videt apparentia fit et nõ existẽtia. vñ Aug  
ait q; demones faciunt tales transmutatõs non realiter h fallas-  
citer visum hois decipiendo. Septimo querit quõ puenit illud  
q; quidaz lupi hoies crudeliter comedunt. Rñdet Albertus de  
animalibz in qnto li. Ex sex caus. Primo ppter famis augmentũ  
sicut et quedã ceteroz aialium alique bestie hoies inuadunt tpe  
famis. Secdo ppter ferocitatem virũ. sicut tpe vitus qñ hnt ca-  
tulos. vt dicit Arist. de aialibz. Sũt magis seuerissime canicule  
Teruo ppter cerebrum rabidum: sicut faciũt canes rabidi et tũc



quecunq; inueniunt tradant, Quarto ppter operationem demonum ut sic illudant hominibus simplicibus credentibus sic homines in bestias commutari posse sic pagani olim putabant. Vñ refert wilhel. parisiensis in li. de vniuerso. de quodã viro qui se putabat conuerti in lupum certis tempibus anni quibus tempibus in antris latitabat, Illic em̄ certo tempe iuit et opere demonis velut dormiens iacuit et sibi videbat qd lupus esset factus et sic circumiret pueros deuorando. et demon quendã lupum possidens hoc fecit loco illius viri. et sic tam diu dementatus est vir ille: quousque inuentus est iacere in antro silue raptus mentaliter et nullo modo realiter conuersus in lupum: tandem cum ceteris cognouit factum fuisse demonis. Quinto ppter dulcedinem humanarum carnum que optime complexionate sunt et per se dulciores sunt. Vnde sicut voluptas leccatoz trahit ad voluptuosum cibum: sic humane carnes a lupis aut in sepulcris aut post bellum aut post alium modum gustate et. Sexto ppter occultum vel manifestum iudicium dei qd lupi aliquem ppter peccatum parentum vel ipsum damnificant. sicut legimus. 4. Reg. 24. de pueris qui deridebant heliseum qm̄ ascendit heliseus bethel. Cumq; ascenderet per viam: pueri parui egressi sunt de ciuitate et illudebant ei dicentes. Ascende calue: ascende calue. qui cum respexisset vidit eos et maledixit eos in nomine dñi. Egressiq; sunt duo vrsi de saltu. et lacerauerunt ex eis. 40. et duos pueros et. In signum huius iuuenes non debent irridere annosos homines. Itē. 3. Reg. 13. habet de leone qui prophetam occidit iussu dei non implentem et. Sic etiam in historijs legimus qd tempe mamertini ep̄i demones intrauerunt lupos ppter peccata hoim qui lupi ciuitates et villas intrauerunt et homines publice deuorauerunt. Tunc letanie maiores que ante ascensionem celebrant triduo inuente sunt. Hoc deus comminatus est Leuit. 26. Si non feceritis mandata mea immittam in vos bestias meas agri que consument vos et pecora vestra Deut. 32. Dentem bestiarum immittam in eos. quod deus ostendit effectu qm̄ leones misit qui deuorauerunt ydolatras in terra samarie. 4. Reg. 17. c. Exemplum de machario, hoc quere in promptuario titulo. 16.

**Dominica. vicesima secunda post penthe.**

**Epistola Pauli ad Philippenses**

Matres. Confidimus in dño ihesu quia qui cepit in vobis opus bonum perficiet usq; in diē ihesu xp̄i  
Sic em̄ est mihi iustum sentire hec pro omnibus vobis



*Apo calij. cap*  
*Tene qd habet. ut nemo*  
*accipiat coronam suam.*

## Sermo

eo qd habeā vos in corde in vinculis meis ⁊ in defensione  
et confirmatione euangelij sodos gaudij mei oēs vos esse.  
Testis em̄ mihi est deus quō cupiāz vos oēs in v̄scribo  
ihesu christo. Et hec oro vt caritas vestra magis ac magis  
abundet in scientia ⁊ in omni sensu vt pro vobis potiora et  
sitis sinceris ⁊ sine offensione in diem xp̄i: repleā iustitia  
per ihesum xp̄m dominum nostrum.

### Sermo super epistola prececedenti. xlii.

*Apostolus Paulus ad Philippen*  
*ser capite. 3.*

**C**onfidimus in domino ihesu xp̄o qui cepit in vobis ⁊c.  
ad philipp̄. **S**anc eplam scripsit **A**p̄tus paulus ad  
philippenſes qui bonam vitam inchoauerant. Et h̄ ver  
buz epistole est ⁊ tra quosdam qui de bonis inchoatis imp̄ ma  
lum p̄phasant: vel qd perdurare nō poterint vel aliquid aliud.  
**N**on sic ap̄tus paulus fecit: sed potius confidebat qd deus qui  
opus bonū in teperat perhaat. ergo dicit. **C**onfidimus in dño ⁊c  
Vnde in presenti sermone quinq; sunt dicenda. **P**rimo de confi  
dentia ⁊ amore hominis. **S**ecundo de caritate. **T**ercio de peccato  
**Q**uarto de scandalo. **Q**uinto de premio iusticie. **Q**uantuz ad  
primū sciendum qd possumus confidere in dño qd perficiet bona o  
pera in nobis. **A**p̄cal. 3. **E**go sto ad ostium ⁊ pulso. **E**go sum  
alpha et o: principium et finis. **N**ihiluz em̄ bonum p̄ficere possu  
mus nisi gratia eius p̄ueniat nos ⁊ sequatur. psal. **M**isericor  
dia eius p̄uenit me. **E**t iterz. **M**isericordia eius subsequet me  
Sequit hic. **V**sq; in diem dñi nostri ihesu xp̄i id ē in diem mor  
tis. quem ap̄tus vocat diem ihesu. qz faciet tunc deus iustum iu  
ditium in fine hominis sicut dicit in psal. **C**uz accipero tempus  
ego iusticias iudicabo. **V**nde hic querit vnde mors corporis a  
principio ortum habuit. **R**ūdeo qd mors corporis p̄uenit ex  
peccato ad eue. quia si non peccassent cū tāta posteritate sua  
transissent de vita corporali ad vitam eternaz qñ deo placuissz  
**A**ugustinus. **D**eus h̄c iez fecit vt qd dñi non peccasset immorta  
litate gauderet. sed qz adam transgressus est diuinū mandatu  
seipsum morti primo obligauit ⁊ per cōs tātam posteritatē suā  
**A**p̄tus. **I**n adam omnes moriunt. **E**st autē scienduz qd mors est  
horribilis p̄pter quinq;. **P**rimo quia generalis ē et nemini pars  
et p̄pter nobilitatem **E**ccl̄. 4. **N**odie rex est ⁊ cras morit. **N**ec  
propter scientiam **E**ccl̄. 4. **M**oritur doctus simibter vt  
indoctus. **N**ec propter diuitias. **L**uce sexto. **M**oritur diues.  
**S**ecundo mors corporalis est terribilis p̄pter horribilem visionē

*Apo calij. cap. 3*  
*Apo calij. 3*




xliv

demonū qui quotidie expectant separationem anime a corpore  
 Si em hm Bedaz xpo in cruce pendēti dyabolus affuit q̄ nunq̄  
 peccauit vt videt si aliqd̄ in eo ref̄hensibile mueniret. non miz̄  
 quin in morte cuiuslibet hois dyabolus adest querens si est aliqd̄  
 mali in eo, Tercio horribilis est ppter diuinationē opez nroz  
 tunc anima videt q̄amq̄ fecit siue bona siue mala. & tunc dicent  
 peccata homini illud Bern. Tu nos fecisti opera tua sum⁹ nō te  
 deserem⁹ sed tecum ad iudiciū p̄gemus. Quarto horribilis est  
 ppter dissolutionem oim membrorum. Oculi vertunt̄ in capite  
 vne corumpunt̄ in corpore: corpus crepat̄ in dolore. & anima  
 separat̄ ab omnibus membris Sap. 12. Nō est in hois potestate  
 cōtinere sp̄m̄ in exitu suo. Quinto horribilis est quia anima sic  
 expellitur q̄ nunq̄ ad corpus reuert̄ vt in ipso mereri possit.  
 qz iam est tps seminādi. O homo dispone te quotidie ad mortē  
 quia hm Jhero. Stultum est in tali statu viuere in quo quis nō  
 audet mori. Quid horribilius quid terribilius iudice irato: quid  
 intolerabilius gehenna: q̄d iocundius gloria. Exemplum de he  
 rmita qui vidit horribiliter diuītē mori in peccatis in domo: et  
 paupere feliciter in amiterio mori in grā. hoc q̄re in p̄mptuario  
 J. 5. Quantum ad secundā ptem dicit hic Xpls. Doc oro vt  
 caritas vestra magis abundet ad deū ad proximū et ad vosp̄s  
 Primo ad deum vt ipm plus diligas q̄ tua: sic Xpls fecit qui  
 dixit. Omnia arbitratus sum vt iter cora vt xp̄m lucrifacere  
 Secundo plus q̄ tuos: vnde d̄r in euāgelo. Qui diligit patrē  
 suū & matrem suā plus q̄ me non est me dign⁹. Tercio vt ipm  
 plus diligas q̄ teipsum. sicut martires fecerunt qui potius mori  
 voluerunt anteq̄ xp̄m negauerūt. Sic quilibet vestrum anteq̄  
 fidem negaret vitam perdere deberet. & merito caritas nostra lic  
 abundare debet ad deum: quia caritas christi sic abundauit ad  
 nos. Item ad proximum vestrum abundare debet caritas etiam  
 tripliciter. Primus gradus est vt diligas proximū plus q̄ eius  
 tpalia: sed hoc non faciunt illi qui optant mortem parentum et  
 consanguineoz ad possidendū bona eoz. Secundus vt diligas  
 corp⁹ pximi plus q̄ res tuas: hoc fit qn̄ non parātur rebus vt  
 subueniāt necessitati corporali pximi. Sed heu plures sunt parci  
 & immisericordes qui pauperib⁹ in necessitate non subueniunt. &  
 per hoc oñdunt se caritatem xp̄i non habere: et per sequeus in  
 statu salutis nō sunt Joh. Qui habuerit substantiā h⁹ mundi &c  
 Tercius vt diligas animaz pximi plus q̄ corpus tuum. vnde  
 Xpls. Ego aut̄ libenter impendar pro animabus vestris. Item

*Pauli ad Philippenses  
 capite. 1.*

*No. de: vnde Pauli ad Philippenses  
 ap. 2. Omnes enim, que sua  
 sunt querunt, non que  
 Jesu Christi.*





## Sermo

caritas abundare debet quo ad nos tripliciter. Primo modo ut diligamus animas nostras plus q̄ res tpales. Dp̄positū faciunt auari iniustas res lucrantes Ecc̄l. 10. Nihil iniquius q̄ amare pecunias. hic aiā suā habet venales Aug⁹. Auarus qui quid lucratur seip̄m perdit ⁊ ante q̄ aliquid capit capitur. Secundo plus q̄ sanguineos carnales. Dp̄positum oñdunt qui propter filioꝝ suoz amorem aut consanguineoz peccant mortaliter. Tercio plus q̄ corpus Job. Pelle pro pelle et oīa que habet homo dabit pro anima sua. Hoc non faciunt gulosi luxuriosi et crapulosi qui plus diligunt corpus q̄ animaz. Quantum ad terciam partem dicit Xpls. Sitis sineres. sine peccato mortali. Vnde hic querit̄ utrum vnū peccatum sit causa alterius: rñdet sanctus Tho. q̄ sic. ratio s̄m P̄hm. Ex actibus causat̄ dispositio modo ex vno p̄cto homo disponitur ad aliud sc̄z ex ebrietate ad luxuriā. ⁊ talis dispositio est causa peccati. quia trahit hoīem ad p̄ctm et preparat sibi materiā. sicut auaricia preparat materiā hūgii. ⁊ per gulam accenditur ad luxuriā. ⁊ per diuitias exatit̄ ad superbiā. vnde difficile est q̄ non sit superbus qui diues est. Modo preparatio ad dispositionem et materiā peccati est causa alterius. Item p̄ctm de sua natura est graue ⁊ tendit deorsum ⁊ per consequens quanto peccator plus descendit. tanto magis et inclinatio ad p̄ctm fortificat̄ ⁊ sic semper vadit descendendo ad infernū. Descendit em̄ p̄ctoz de mala cogitatione in delectatiōz ⁊ de delectatione in assensum. de assensu in adionem. de adione in assuetudinem ⁊ necessitatem: de necessitate in desperationē Vñ de sumo bono. Cogitatio em̄ praua delectatiōz parit. delectatio consensum: assensus adionem. actio assuetudinem ⁊ necessitatem. necessitas mortē. Sicq̄ vidus homo implicat̄ ⁊ quadā catēna vitioꝝum strictus tenetur ⁊ sit infirmus ⁊ desperatus de salute nullum cōsū vitat. vnde Hugo de sancto vid. Mali em̄ quicq̄ male faciunt ceca mente p̄transcunt. et in dicto habemus q̄ ille qui peccat efficit̄ seruus peccati Joh. 2. Qui facit p̄ctm est seru⁹ peccati: vnde dicit Tho. q̄ ille qui est in peccato mortali ⁊ in eo pseuerat. etiam extra velle ⁊ libez arbitriū oportet q̄ cōmittat aliqua alia peccata licet non oīa. Ratio est quia per p̄ctm quod habet perdit dñm quia seruus est p̄cti Cris̄. super Math. Sicut nauis fracto gubernaculo illic ducitur quo ventus in pellit. sic homo diuine gr̄e auxilio desitutus non agit qd vult sed quod dyabolus: ergo periculosum est peccare: sed periculosissimum in p̄ctis pseuerare. Quantum ad quartam p̄tem dicit hic Xpls



Et sitis sine offensa vsq; in diem cristi ihesu. i. vsq; in finem vite: necessarium est homini qd sine offensa sit quantum ad proximum vt scz non scandalizet scienter proximum in verbis a factis Xpls. Si est offensiōe esto te iudeis gentilib; et ecclesie Math. 18. Vt hoī per quem scandalum venit. Et tamen sciendū qd aliqui peruersi hoīes qnq; recipiunt scandalum etiam de bonis verbis et factis: vnde potius deberent recipere bonū exemplum Albertus dicit. qd quatuor genera hoīm scandalizati sunt in cristo Ihesu qui fuit sacratissime vite. Primo enim in eius sapientia profundissima a literatura vt iudei literati ~~luc.~~ *Nonne hic est filius fabri: vnde literas scit cum non didicerit.* Secdo quidā ppter liuorē a inuidiā sicut diuites et auari Lu. 6. Qn̄ docuit parabolam de iniquitate audiebant omnia hec pharisei qui erant auari a deridebāt eum Tercio quidam scandalizabant in xpo ppter doctrine sue subtilitatem vt aliqui de turba. Cum em̄ dixisset turbis iudeoz illud Joh. 6. *Nisi manducaueritis carnem filii hoīs ic̄. dixerit.* Durus est hic sermo q̄s potest eum audire. Quarto quidem ppter infirmitatem xpi a passionē quam in eo videbant fuerūt multi scandalizati de populo: a insuper apostoli quib; dixit. *Omnes vos scandalizabimi ic̄.* Quantū ad quintam ptem dicit hic Xpls Repleti fructu iusticie per ihesuz xpm a cuius gr̄a omne meritū procedit. Vbi sciendū qd diligere iusticiā a esse iustū est multum vtile. Primo in hoc qd qui diligit iusticiā diligit a dño Actu. 1. In omni gente qui timet dñm a operat iusticiā acceptus est illi. in signū h̄ pro sua bonitate dat deus iusto suam benedictionē vnde Ps̄. *Benedices iusto Prouerb. 10. Benedictio dñi super caput iusti.* Nec immerito q̄a deus pro bonitate qualibet iusticia hoīem quantum mater vngem̄tuz filiū suū Joh. 2. *Om̄nis qui facit iusticiā ex deo natus est.* sic e contrario odit iniusticiā dñs oipotens: quia sicut iste sume iustus est sic sume odit iniusticiā vnde hic querit vtrum iniusticiā facies peccat mortalr. r̄ndetur fm̄ sanctum Tho. 2. 2. q. 6. *Cum iniusticia consistit in nocimento alterius manifestum est qd contrariat caritati ex suo genere et est p̄ctm mortale.* Iste autem qui facit iniusticiā in quantum parum potest reputari qd nō est vira eum qui patit. puta si aliqs aufert alicui pomū vel aliquid tale qd non damnabile sit nō est p̄ctm aut vix veniale p̄ctm. Secdo q̄a de9 pro iusticia a bonis operib; in morte hoīem protegit a liberat a demonibus. vnde d̄r in Ps̄. *Salus autem iustoz a dño et p̄tore eozum est ic̄ Prouerb. 11. Iustus de iusticia liberatus est. plus valet in morte hominis vna*

Matth. Cap: 7.

Juan: Cap: 6.

Prouerb: Cap: 10.



## Sermo

iusticia q̄ oēs amici illius: quia illum a demonibus nec a morte  
eterna liberare possunt Sap. 8. Iustoz anime in manu dei sunt  
Tercio deus dat vitam eternā homini pro iusticia Sap. 5. Iusti  
autē imperpetuum viuūt. vnde Apl̄s. Reposita est mihi corona  
iusticie. Itēz gaudia eterna. Iusti epulent̄ et exultent in conspectu  
dei. Item vultum eius. Redi cum vultu tuo. Item. Ego autem  
in iusticia apparebo in conspectu tuo.

### Om̄ica. xliii post penthecostē ad Philip̄ <sup>cap. 3</sup>


Ratres. imitatores mei estote et obseruate eos qui  
nō ita ambulāt sicut habetis formā nostrā. Multi  
enim ambulāt quos sepe dicebā vobis. Sunt autē  
et flens dico inimicos crucis xp̄i quoz finis interit⁹ quoz  
deus venter est et gloria in cōfusione ipsorum qui terrena  
sapiunt. Nostra autem conuersatio in celis est. vnde etiā  
saluatorem expectamus dñm nostrum ihesum xp̄um qui  
resormabit corpus humilitatis nostre et figuratum cor. pot  
claritatis sue s̄m operationem qua possit etiā sub licere  
sibi omnia ihesus xp̄s dominus noster.

### Sermo. I. super epistolam

Imitatores mei estote et obseruate it̄ ad Philip̄ 3. Nos  
videm⁹ ad oculum q̄ qui vult ambulare p̄ r̄ viam sibi  
ignotam libenter sequat eum cui est nota. sic paulus ad  
tercium celus raptus est et via veritatis illustratus. hoc. tat nos in  
verbis p̄positis vt vias ab ipso datas nob̄ ambulem⁹ cum dicit  
Imitatores mei estote it̄. Vnde in p̄nti sermōe tria sunt dicenda  
que tangunt hic in ep̄la. Primo de duabus viis ad celum et de  
crastinatione p̄nie. Secundo de gulosis quorum venter deus est.  
Tercio quō conuersatio nostra debet esse in celis et quō corpus  
inuisibile electi figurabitur corpori claritatis sue. Quantuz ad  
primum sciendū q̄ due sunt vie ad celum scz vna est innocencie  
alia est p̄nie. In prima ambulāt qui innocentiā baptismalē h̄nt  
et illis semp̄ celum est apertum. in signū huius celum erat apertū  
quā xp̄s baptisatus est a ioh̄e in iordane: et quicūq̄ a prima via  
recessit oportet q̄ redeat per aliam viam p̄nie ad eam. et ista via  
p̄nie est probata bene: quia pluribus regnantib⁹ iam in celo est  
oñsa q̄ sit via salutis ipsis peccatorib⁹ qz deducat eos ad eternā  
requiem Eccl. 4. Cum lugentib⁹ ambula. Et hec via tres habet  
dietas scz cordis at̄tionez: oris cōfessionē. et operis satisfacionē  
Vnde qui in hac via veraciter vult proficere non debet p̄trahere  
p̄niam sicut heu faciant multi qui semper p̄ponunt facere p̄niam



interdū venit mors qui occupat eis viā pñie ⁊ salutis eterne  
 Naz procrastinatio pñie multos dānauit. est em̄ periculosissim⁹  
 laque⁹ dyaboli quo dyabolus fere oēs includit et capit omnes  
 diuersi status tam literatos q̄ laycos. tam iuuenes q̄ senes. tam  
 feminas q̄ viros: vnde Aug⁹. Ista res est q̄ multos occidit cū  
 dī. Cras cras subito ostium clauditur remanetq̄ fo: is cum voce  
 coruina quia non habet gemitum columbinū. Si demōes hanc  
 artem non inuenissent pauci in ecclesia damnarent. nam q̄si oēs  
 hoies hñt voluntatem penitendi ⁊ vitam suā emendandi: ⁊ q̄a  
 demones hoc sciunt: ideo hunc laqueū dilationis inuenerūt: hic  
 laqueus spoliat celum: q̄ impedit q̄ multi illuc non veniunt q̄  
 ibi venirent si dilationem melioris vite cauerent Aug⁹. Quare  
 differs vocantez certus de me: cede victus de die. vide ne forte q̄  
 ille tibi daturus est p̄mittendo tu differendo auferas. Itē hic la-  
 queus replet h. se. nū. q̄a pauci saluant ex his qui dicunt se velle  
 penitere in fine vite. vñ Alber tus. P̄ax est q̄ aliq̄s ex amissioe  
 vite sue penitebit. vnde Aug⁹. Legi ⁊ p̄legi sacraz scripturā ⁊  
 non inueni in .s. milibus annoz latuatum nisi solum latronem  
 Eusebius scribit de morte beati iheron. q̄ ex ore eius audiuit q̄  
 inter .30. milia hoim vix vn⁹ venire permitte tpe mortis q̄ pñiaz  
 agūt in fine. Vnde hic querit vt ⁊ deus innocentē plus diligit  
 q̄ penitentem. rñdit sanctus Tho. quantū ad bonū premii essen-  
 tialis eq̄liter diligit penitentem ⁊ innocentem. q̄ eq̄lem caritatē  
 hñt. sed quantum ad p̄m̄ium accidentale plus diligit innocentē  
 ad qd nullus peruenire potest penitens licet posset fieri eq̄lis vel  
 maior in celo innocentem quantū ad p̄m̄ium essenciale vt dicit  
 glo. nō eget vt resurgat. h̄ vt resurgere v̄rgo nō posset semel  
 oberrans ⁊c. V̄rgo ergo post lapsum aureola non habebit. nec  
 p̄tor resurgens gaudium de innocentia. ego plus diligit inno-  
 centem quantū ad hoc q̄ penitentem. Quantum ad secundaz  
 partem dicit Apls. Quoz deus venter est glo. quia quicquid  
 faciunt pro ventre faciunt quē pro deo colunt. Ad e⁹ euidentiaz  
 est sciendum q̄ qñ sit celebratio alic⁹ sancti tria consueuerūt fieri.  
 Primo quia dies ipsius celebrat: modo simile oēs gulosi sanūe  
 deo suo quem colunt. q̄a festinant sibi non tm̄ vnā diem sicut  
 fit sancto stephano vel alio sancto. h̄ ⁊ singulis diebo ipm colūt  
 non solū ferialib⁹ sed etiā festiuis replendo se ⁊ dimittunt eccles  
 ⁊ intrant tabernas ⁊ sic festa frangunt oia. vnde h̄m Tho. Plus  
 frangunt p̄cepta de sanctificatiōe sabbati qui die festiuo mortalr





## Sermo

peccant q̄ qui tunc manuali laborat. hoc patet q̄ in necessitate potest fieri dispensatio in laborando sed non in peccando. Sedo solent templa sanctis aedificari. altaria erigi. ministri ordinari. thura cremari. sic quidem gula templum est coquina. altare mensa: minister cocuis immolate mensa. cocis carnes. sumus in mensis. odor sapor. unde Ps. Abstinentia non est epularum ardentis diuitis attendat supplicium: cui tanta inter ignes erunt incendia quanta hic epularum copia. Tertio solent vita et miracula aliorum sancti predicari. Vbi sciendum quod aliqui sancti illuminare a se uenerunt et eos sanare claudos suscitare mortuos: sed gula facit eos quod multi propter uinum perderunt oculos et plures incurrit caliginem oculorum. Item expeditos in pedibus facit claudos. Item quot sunt qui non possunt ire cum pedibus suis ad domum suam: et alii sancti mutis prestent loquelam hic autem facit homines balbutientes. Item alii sancti infirmos sanant iste autem suos facit infirmos. Item ex sapientibus stultos. Item alii sancti mortuis vitam impetrant. hic aculeum inducit mortis quia propter crapulam multi obierunt. Item Hugo. Ebrietas iudicium romis obfuscat. attentiones et bella puocat. robur et naturale uirtutem eneruat. infirmitas est ingerit. mortem inducit. rebus temporalibus spoliatur et quod deterius est diuinam maledictionem inducit. Augustinus dicit. Ebrietas auferit memoriam. et fundit intellectum. conuolat libidinem. inuoluit linguam. omnia membra debilitat. vitam abbreviat et omni salutem. ergo uos gulosi et ebriosi honorate istum sanctum qui tot miracula facit et qui uos sic flagellat in corpore uostro. unde quilibet uestrum potest dicere illud Psalmus, si fui flagellatus tota die et cogitatio mea in matutinis: quod usque ad profundam noctem in crapulis erant et ebrietatibus. Et ista iam dicta sunt de sancto ebriose quod uenter dicit. Exemplum de illo qui uidit principem duci ad penas qui hic crapulose uixit. hoc quod in promptuario. p. 41. Item de muliere duxissima que in deliciis corporis uixit quod postmodum computruit quod ibidem. v. 17. Quantum ad tertiam partem istius sermonis dicit hic Apostolus. Nostra conuersatio in caelis est. Vbi est notandum quod exemplo Apostoli debemus conuersari in caelo: quod ibi est pater noster. Secundo quod ibi est thesaurus noster. Math. 6. Vbi est thesaurus tuus. Tertio quod ibi est uera patria ad quam uocati sumus et ad quam quotidie anhelamus. Augustinus. Tota uita boni christiani est sanctorum desiderium ut indefinenter desideret celestem patriam. quia quod diu in hac uita sumus exules et peregrini sumus. Non habemus hic manentem ciuitatem: sed quando peruenimus ad patrem nostrum



tunc audiemus illud verbū Aplī ab omnibz sanctis & angelis.  
 Jam nō estis hospites & aduene: sed estis ciues sanctoz & dome  
 stici dei scz patris vbi mille anni sunt sicut hīc vna hōra: sequit̄  
 Saluatorem expectamus dñm nrm ihesum xpm qui refo:mabit  
 corpus nostrum: hoc est corpus quod nunc ieiuniis vigiliis et  
 orombus atteritur & diuersis laboribz fatigat et postea moritur  
 et post mortem in putredinem: et post putredinem in vermes.  
 post vermes in puluere reuertitur tunc refo:mabit vt corpore  
 xpi glōrificato configuretur. Hoc erit in quatuor dotibus scz in  
 claritate subtilitate agilitate & impassibilitate: vnde Quat h. 13.  
 fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. vnde quidam.  
 Qualis tunc erit splendor animaz qñ solis splendorem habebit  
 lux corpus. Secundo in subtilitate vt sicut corpus christi post  
 passionē fuit ita subtile vt ad discipulos ianuis clausis intraret  
 ita corpus glōrificatum: palpabile quidem erit sed subtile ita vt  
 oia corpora quāntumcuq; etiā spissa & solida valeat penetrare  
 vnde Greg⁹. In illa resurrectionis glōria: corpus nostrum erit  
 subtile per virtutem spūalis potentie sed palpabile per virtutē  
 nature. Tercio in agilitate: vnde Aug⁹. Vbi vult esse spiritus  
 ibi erit & corpus. Quarto in immortalitate vt sicut xps resurgens  
 ex mortuis non moritur: sic et nos resurgemus. ymo nihil erit  
 quod ipsum hominem ledere posset. Vbi notandū q; reformato  
 homine refo:mabitur etiam mund⁹ et omnes creature propter  
 homines facte ardebunt homine inuocato Apoc. 21. Vidi celū  
 nouū & terram nouam. In hac aut̄ renouatione non mutabunt̄  
 species sed qualitates. & tunc sol luna & stelle multum maiorem  
 claritatem accipient. Isa. 3. Erat lux solis in septuplum sicut lux  
 septem diez. Item aer tunc clari⁹ erit quia nullas habebit im  
 pressionē nec nubes nec ros grando comitrua nec fulgura. Itē  
 in igne lux & in aq; dyaphanetas multo clari⁹ & puri⁹ tunc  
 erant: sed caliditas in igne: frigiditas in aq; tunc mutabunt̄ et  
 cessabunt. vnde Basilius. Caliditas ignis et frigiditas aq; tunc  
 cessabunt. Sed perspicuū in aqua & lucidum in igne manebunt.  
 Item terra depurabitur & complanabitur etiā sicut cristallus et  
 opactas et grossiaces terre deorsum tendunt et in inferi⁹ parte  
 remanebūt. Et breuiter loquendo quicquid defo:mitas est in  
 omnibus illis: tunc restringetur & deorsum mittetur ad maiore  
 penam reprobōz. Quicquid autem pulcritudinis est in eis hoc  
 augetur & remanebit in eis ad maiore delectationem visionis



## Sermo

sensibilis creatura. Ultimo nota exemplum gentilis cuiusdam qui vidit xpm in regno glorificatum cum sanctis suis et fidem recepit. hoc quere in promptuario. g. 11.

### Dñica. xliii. post penthecosten ad Col.

Patres non cessamus pro vobis orantes et postulantes ut impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia et intellectu spiritali ut ambuletis digni deo per omnia placentes in omni opere bono fructificantes in scientia dei in omni virtute confortati in potentiam claritatis eius in omni patientia et longanimitate cum gaudio in xpo ihesu domino nostro.

### Sermo. Li. super epistola prece teni

Non cessamus pro vobis orantes etc. Col. 1. Nos videmus ad sensum quod amicus receptus apud aliquem regem vel principem pro amico potest intercedere ut aliquid bonum temporale a rege consequatur: apostolus Paulus omnium christianorum fidelis amicus ut nos a summo rege aliquid bonum consequamur ostendit se pro nobis intercedere in proposito dicens. Non cessamus pro vobis etc. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda. Primo de oratione quod debet procedere a puro corde. Secundo de voluntate dei. Tertio quod deus quatuor genera hominum remunerat cum vno exemplo. Quantum ad primum sciendum quod oratio nostra ut deo placeat et ab eo exaudiatur debet esse serena ut ex puro corde procedat ut videmus ad oculum quod rivus emanans de fonte non potest esse serenus nisi fons a quo emanat sit purus: sic oratio nostra procedens a fonte cordis non potest esse serena nisi ipsum cor a quo procedat sit purum et mundum a mala intentione. et ideo quando cor ab his est purificatum tunc oratio nostra fiet serena et exauditur a deo ps. Dirabit ad te ois sanctus et mundus. 1. Joh. 6. Si non reprehenderit nos cor nostrum fiduciam habemus quod quicquid petierimus accipiemus: sed si cor nostrum est impurum tunc oratio nostra non exauditur unde ps. Iniquitatem si aspexi in corde meo non exaudiet dominus Augustinus. Nisi sit conscientia pura a peccatis non exaudieris. munda etiam cubiculum cordis tui et intererit qui exaudiet. Sed dicitur quod enim faciam ut cor mundum habeas. Respondetur quod nihil a deo utile est ad mundiciam cordis sicut aqua stritionis et deuotionis Augustinus. Vna lacrima de puro corde producta plus valet et plus purgat quam decem anni in purgatorio. etiam Crisostomus super Math.

*De oratione ad Colosenses  
capite primo*

*Psalmus  
31.*



Sicut enim plus post vehementes imbes aer mundus et purus efficitur. ita etiam post lacrimarum pluias serenitas sequitur atque tranquillitas mentis: unde Hieronimus. Quot lacrimas salubriter fundimus tot consolationes meremur. ergo studeamus diligenter cor nostrum a cogitationibus pravis et a verbis invidiosis et ab operibus iniustis purgare: ut hic deus eandem nostram exaudiat. et post hanc vitam claram visionem ostendat. Math. 5. Beati mundo corde. quia quanto se homo christo per mundiciam cordis et corporis conformauerit tanto etiam propinquior in patria erit et ipsum clarius videbit Sap. 6. Interruptio proximum facit deo. Unde etiam iam dicta de oratione queritur utrum ommissio orationis sit peccatum mortale. respondetur per Iohannem quod sic. Primo quando cadit sub precepto orationis. Secundo quando omittit horas canonicas legitime non impeditus quas tenet sub precepto. Tertio quando orationem contemnit in sacramento presentie mundicie. Quarto quando non orat pro gratia impetranda a deo pro eo quod non potest resistere temptationi tendenti ad mortem. Quinto quando in festis ubi preceptum est seruire deo non diligenter orat nisi esset legitime impeditus.

*Matth. Cap. V.*

Quantum ad secundam partem dicit Apostolus. Ut impleamini agnitione voluntatis eius: unde Wilhelmus hugo. Nulla enim cognitio utilior est quam cognitio diuine voluntatis Eph. 5. dicit. Nolite esse sicut fieri imprudentes sed intelligentes quod sit voluntas dei. Vbi sciendum quod voluntas dei quantum ad nos et quantum ad deum est bipartita. Prima est que pertinet ad seruitium quod vult sibi a nobis impendi. Secunda pertinet ad premium quod vult nobis retribuere. Prima voluntas dei circa seruitium sibi exhibendum est quod quilibet qui vult deo seruire studeat habere puram conscientiam: et sic seruitium suum erit deo gratum et acceptum. ita faciebat Christus dicens. Gratias agens deo meo tui seruis a progenitoribus meis in bona conscientia quam deus ad imaginem suam creauit elegit et nobilitauit et omnes creaturas alias sibi subiecit. vnde Hugo de arrangemente. Homo respice mundum istum. omnis naturalis creatura ad hunc finem cursum suum dirigit ut tuis utilitatibus seruiat: tuis necessitatibus secundum distinctionem temporum occurrat. Celum tibi deseruit per suum motum. luminaria celi per suum influxum. sol creat tibi dies luna illuminat tibi noctem. ignis tepet tibi frigiditatem aeris. aer mitigat tibi fetorem. et mitigat tibi litis ardorem: terra vero sustentat te soliditate sua. recreat tua fertilitate. delectat tua amenitate. Ecce quomodo omnis creatura cursum suum dirigit ut tuis utilitatibus deserviat. Item sciendum quod est proprium hominis deo seruire. sic est proprium lucere. cumque homo sit seruis dei: quia a deo redemptus est et



## Sermo

creatus debet h̄re mundam conscientia vt cum desiderio cordis deuote soli deo posset seruire: q̄a in peccato mortali seruicia deo exhibita amittunt̄. quia non sunt accepta nec homini meritoria vite eterne. Si em̄ homo in vita sua faceret oia seruicia ⁊ omnia opera que sunt ab hominibz vsqz in finem mundi si tm̄ haberet vicium vnus pct̄i mortalis etiam si haberet oia bona que sūt beata v̄rgo ⁊ oēs sancti oia amitteret: quia s̄m Greg. Quicq̄d homo boni operis facit in pct̄o mortali amittit sc̄z non merendo vitam eternā. Vnde magis est acceptus pauper homo corā deo qui in bona conscientia minimū bonum opus facit q̄ ditissim⁹ rex vel p̄nceps ecclesias vel monasteria austruens et expensas largissimas distribuens ⁊ in aliis bonis operibz se exercens si in se habet maculam mortalis pct̄i: plus pauper ille meretur in vno die de p̄mio celesti q̄ diues rex vel p̄nceps victosus mille annis. vnde Ap̄ls. Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperz ⁊c. Secundo qz voluntas dei vult sibi seruientes remunerare multū liberaliter. Hoc probat̄ primo ex hoc qd ipse vellet oēs hoīes sibi seruire vt sic haberet occasionem oēs hoīes remunerandi: et nō ideo quia egeat seruicio vestro sicut d̄r in Ps̄, Bonoz meorum non indiges ⁊c. ⁊ hoc aseq̄nter probari potest per Ap̄lm dicentē Omnes hoīes deus vult saluos fieri ⁊ ad cognitionem veritatis venire. Secundo probat̄ in hoc qd ipse dat vnde seruit̄ sibi ⁊ cū hoc seruitium nostrū liberalissime remunerabit: vnde d̄r in Ps̄ Gratiam ⁊ gloriam dabit d̄ns. nam pro transitorio seruicio dat eternuz ⁊ infinitum p̄m̄ium. vnde Wilhelmus lugd. Quicquid habes meriti gr̄a dei donauit deus in nobis. nihil p̄ter sua dona coronat. Tertio probat̄ per hoc qd ipse mercedez soluit etiā illis qui veniūt tarde ad seruitium eius quos adhuc remunerat etiā quantumcumqz veniant dum solum dies sit Q̄zath. Volo huic nouissimo dare sicut ⁊ tibi. Quantum ad tertiam p̄tem istius sermonis dicit̄ hic Ap̄ls. In omni bono opere fructū sicut: non videm⁹ ad sensum qd bonus et fidelis operarius magnā mercedē expectans fidelit̄ ⁊ d̄tinue laborat. sic deus vult abundāter dare ⁊ p̄miare ⁊ reddere mercedem illis qui hic in bonis operibus sese exercent. ⁊ vt a deo p̄m̄ium post hanc vitā recipiāt. Nā tan ta gloria in celo esse d̄r: qd si homo p̄fecte posset hoc scire qd esset in infimo locandus: sine dubio hoc libenter deberet eligere ⁊ centū annis pro hoc deo seruire et sup hoc cruciari in omnibz membris: quantumqz posset cor humanū excogitare vt posset ad sedm̄ choz peruenire. ⁊ etiā libentē deberet facere de sedo ad tertū ⁊ sic semp



ascendendo donec veniret ad supremū Cris. de reparatione lapsi  
 Si quotidie oporteret nos tormenta pati si ipsam gehennā puo  
 tpe tolerare pro eo vt xpm videre possem⁹ in gloria ⁊ san. dozz  
 eius numero sociari. nonne erit dignum pati omne qd triste est  
 modo vt tanti boni tanteq; glorie participes haberemur Ihero⁹  
 Nullus labor durus ē. Vnde sciendum qd deus quatuor genera  
 hoim remunerat. Primi sunt qd hic remunerant tpaliter: sed nō  
 eternalr pro bonis operib⁹ suis vt sunt isti qui bona opera faciūt  
 in peccatis mortalibus. vnde dī in decret. Tali ppter bona que  
 faciunt tpaletm pspertatez ⁊ retributionē suscipiunt scz sanitate  
 co:poris diuitias ⁊ honores et plonationē vite ppter emendā  
 Secundi sunt quos modicum remunerat respediue loquēdo vt  
 qui in morte conuertunt ⁊ penitent nec aliqd bonum habent. ⁊  
 talis pnia que in fine sic agit raro est vera. Vnde legimus soluz  
 latronez ouersum in fine vite sue: sed scriptura solum manifeste  
 dicit latronez vt nobis ondat qd rara sit pnia in extremis. vnde  
 Aug⁹. Tene certum ⁊ dimitte incertum: age pniā dum san⁹  
 es. Si penites qn peccare non potes peccata tua te dimiserit non  
 tu illa. Terai sunt quos multum remunerat. ⁊ illi sunt qui cito  
 conuertunt cum adhuc iuuenes sunt ⁊ fortes pnt facere pniā.  
 ⁊ tales deus largiter remunerat. qz talem ouersionem ⁊ pniā  
 multum amat. verbi grā. Sicut qui plus diligit nouā tunicam  
 qd antiquā ⁊ dissutam. sic deus diligit magis ouersionē iuuenū  
 qd senum: quia est fructuosior ⁊ ideo magis remuneratur Apl⁹  
 Vnusquisq; mercedem ppiam accipiet p̄m suum laborem. Qui  
 ergo a iuuentute ⁊ diutius deo seruerunt in superioib⁹ choris  
 angeloz collocabunt. Quartū sūt quos supra modū remunerat  
 qui nunq; peccauerunt mortaliter: ⁊ tū durissimā vitaz duxerūt  
 ⁊ asperam pniā fecerunt vt sanct⁹ iohes baptista ⁊ qd plures  
 sancti qui in magna abstinentia vixerūt. ⁊ hoz glia tanto maiore  
 est quia oia bona opera que fecerūt pure ⁊ integre eis profecerunt  
 ad premium eternū: qd non tenebant soluere aliqua debita pro  
 peccatis cōmissis pro quibus oportet pctores satisfacere hic aut  
 in futuro. Ultimo nota exemplum de illo qui multa bona fecit.  
 sed omnia ppter inanem gloriā perdidit ⁊ damnatus est. hoc  
 quere in promptuario. o. 20.

Expliciunt sermones discipuli super epistolas dñicales per  
 circulum anni collecti ex sermonib⁹ Wilhelmi lugdunensis ep̄i.  
 ⁊ ex dictis sancti Thome ⁊ dictis Joh̄is mider doctoris ⁊ ex dictis  
 aliorum doctorum catholicozum ⁊ ex sermonibus Senfati.

96

124



*Hermones Dormi serena*

*[Faint, mostly illegible Latin text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint text visible on the right edge of the page, possibly from an adjacent page.]*